



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Assertio Omnium Articvlorvm M. Lvtheri, Per Bvllam
Leonis X. Novissimam Damnatorvm**

Luther, Martin

[Basel], 1521

VD16 L 3876

urn:nbn:de:hbz:466:1-33308



Th. 6117.



1

27 II
13

ERZBISCHÖFL.
AKADEMISCHE
BIBLIOTHEK
LEOSTR. 21
PADERBORN

ASSERTIO

OMNIUM ARTICULORUM M.

LVTHERI, PER

BVLLAM

LEONIS X. NOVISSIMAM

DAMNATORVM



NON audis eandem semper cantilenam Lector, propi-
us admoue aures, miraberis inexhaustæ & inuictæ uerita-
tis semper noua arma, rursus impiorum mendacia semper
nuda & frigidissima esse uidebis.

VIRO IMAGINIBVS ET PIETATE INSI
gni, Fabiano felici Equiti Germano, suo in dño patro
no, Martinus Luther in Christo Salutem.

QUOD sapius sum antea testatus, Fabiane felix, immo felici-
cissime, esse & in laicis spiritum iudicij & ardoris (ut cum
Esaia dicam) uel tu maxime euincis & declaras, qui de re
Christiana, quã ualeas, pure, argute, pie, feliciterq; & iudicare
& disserere, cū essemus Philippus meus & ego corã Eylembur-
ga, quã egregiũ specimen ostendisti, neq; dubito in hac aula esse
zmulos tibi quã plurimos, ita ut gaudeã plane, uides mira-
bile dei consiliũ & iudiciũ, quo cū peruersis peruertit & cū ele-
ctis electus sit. Nos enim qui de clero domini sum⁹, & quos lai-
corũ oportuit esse Magistros, dum auersi dorsum dedim⁹ Chri-
sto & Euangelio eius, eadẽ mēsurã & ipse nobis dorsum uertit,
ut sicut eũ nos prouocamus in eo quod non est deus, & in uer-
bo quod nõ est Euangelium, ita rursus ipse nos prouocat in ijs
qui nõ sunt clerici, & in ijs qui nõ sunt magistri, laicis uidelicet
purã tribuēs sui noticiã, nobis relinquēs stultas nostras & impi-
as opiniones: Iustus es dñe, & rectã iudiciũ tuũ. Cũ ergo hacten-
us multa & scripserim & dixerim, nescius tantã esse in pastoribus
Israel cæcitatẽ, nihil merui tamẽ, nisi ut detraheret mihi, p-
eo ut me diligerent, & pro bono redderent malũ, donec eo usq;
in suã ipsorum salutẽ insanirent, ut libellos meos publice dam-
narent & exurerent Colonix & Louanij. Nã ij præ cæteris ha-
bent zelum dei, sed non scđm scientiã. In qua re tantum abest,
ut mouear, ut me uehementer misereat cæcitatũ & perditionis
illorũ, imo & puerilis stultitiã. Quid em̃ facilius est, quã libros,
quos redarguere nõ possis exurere? Exullit impius rex Ioakim
libros Hieremix pphetæ, sed nõ in hoc iustificabat. Verũ, ut di-
xi, p̃inet & hoc ad puerilitatẽ nostrã & sensum reprobum in quẽ
nos tradidit deus, ut clerici ueritatẽ dānemus, quã laici ample-
ctuntur, & fiant sacerdotes, qui sacerdotes nõ sunt, laici, qui laici
nõ sunt. Quare uisum est, deinceps ad uos laicos, nouũ gen⁹ cle-
ricorũ scribere, & sub nominis tui felicitate (quod de⁹ faxit) fox-
liciter ordiri, asserturus ac munitur⁹ om̃ia illa, q̃ incendiarij illi p-
Bullã sibi simillimã dānauerũt. Tu itaq; hoc monumẽto me, imo
Christianã doctrinã tibi & uniuersã nobilitati uestrã comedatã
facito ac Vale. Vuitenbergã, M. D. XX. prima Decembris.

Consiliũ dei
admirabile.

Cæcitas pa-
storũ israel

Puerilis stul-
titiã.

Nouũ genus
clericorum.

ASSERTIO OMNI

VM ARTICVLORVM M. LVTHERI,
per Bullā Leonis. X. nouissimā damnatorum.

QUANQVAM abunde satis prioribus libellis
meis rationē reddiderim, de articulis istis nouis-
sima Leonis. X. (ut uel fingitur, uel fertur) bulla
damnatis, & ipsi, quicuncq; autores eius fuerint,
sua damnationis prorsus nullā causam red-
diderint, ne iota quidē e sacris scripturis adducto: Video ta-
men passim a multis desyderari alteram & propriam sup-
eisdē omnes & singulos declarationem; forte q̄ speciem
illam detrahi necesse sit, qua per titulum Ro. pontificis, &
nomina aliquot doctorū adornata bulla apud uulgum nō
nihil autoritatis inuenire posset, qui uanissima persuasione
deceptus, quicquid nomine Papae prodit, statim credit a
deo prodire; frustra tot in contrarium exemplis, & quoti-
dianis monstris eum fidelissime mouentibus. Quibusdā
& mea fiducia magis q̄ popularis illius ruditatis rationē
habuisse uideor, dum contempta Bulla in scitā, pauculos
nup articulos defendidi, quod illi factū uideri possit, cōsci-
entia exhausta uel impotentis eruditionis.

Aggredior ergo, illorū uotis obsequuturus, & nō quid
mihi, sed quid illis cōmodum sit, spectaturus, denuo reso-
lutiones scribere, forte non inutiliter, cum hic tractari ne-
cesse sit, fidei & religionis nostrae summa sacramenta; quae
ut impium est ignorare, ita christianissimū est sic nosse, ut
non modo confiteri, sed & tueri possis. In quā rem (si Chri-
stus aspires) sedulo hoc libello dabo operā, quando hoc tē-
poris, quo tyrannidis Sophisticae nouissima, omniumq; no-
centissima persecutio sauit, nō satis est nosse Christū, sed
diuenditis pera & tunica propter gladium emendū, instr-

Aa ij cū

Summa sacre-
menta fidei
tractanda.

Christū nos-
se & tueri ne-
cessarium

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Etis armaturis etiam tueri oportet. Quod ut liberius & feliciter efficiam, visum est praenire aduersarios & praemonere, quo capto, quibus armis & signis mihi uelim eos cogredi.

Patrum non cogit autoritas

PRIMUM scire, contestatosque esse eos uolo, me prorsus nullius quantulibet sancti patris autoritate cogi uelle, nisi quatenus iudicio diuinae scripturae fuerit probatus, id quod scio illos uehementer agrelatos; Sentient enim, hac ratione sese ad primum statim congressum ruituros, ut qui consensu sibi sunt, studia sua, contemptis sacris literis, solum in autoribus humanis esse detrita. Dicentque illud, omnium ore & calamo usitatum, a paucis tamen intellectum,

Non esse interpretandas scripturas proprio spiritu

papa male interpretatur scriptura

quod in Canonibus pontificum docetur; Non esse scripturas sanctas proprio spiritu interpretandas, Cuius uerbi peruersissima intelligentia, eo processerunt, ut scripturas non nisi proprio spiritu interpretarentur ipsi, contra suam ipsorum sententiam; Nam hinc, sepositis sacris literis, solis commentariis hominum immerisi sunt, non quid sacrae litterae, sed quid illi in sacris literis sentiret querentes, donec uni homini Romano pontifici, non nisi indoctissimis Sophistis circumuallato, soli tribuerent ius interpretandae scripturae sanctae, etiam de sola potestatis & sublimitatis maiestate, citra omnem intelligentiam & eruditionem, praesumendi, fabulantes, Ecclesiam (id est Papam) non posse errare in fide. Quare super hac re utile fuerit pauca conferre. Primum, si nulli licet sacras literas suo spiritu interpretari, cur ergo non obseruant, nec Augustino, nec ulli aliorum patrum idem licuisse? & qui scripturas sanctas secundum Augustinum & non Augustinum potius secundum scripturas sanctas intelligit, sine dubio secundum hominem & spiritum proprium intelligat; Si autem scripturas non licebit secundum proprium spiritum intelligere, multo minus licebit Augustinum secundum proprium spiritum intelligere; quis enim nos certos faciet, an recte Augustinum intelligas?

Doctores sunt secundum scripturas intelligendi, non e contra.

enim uero

intelligas: Dandus ergo erit alius interpres Augustino quo-
 que, ne proprius spiritus nos fallat in illius libris. Quod si ita
 fieri oportet, dandus est & tertio quartus interpres, & quar-
 to quintus, usque in infinitum, & coget nos proprii spiritus
 periculum nihil unquam discere aut legere; id quod certe im-
 pletum est, dum primo neglectis sacris literis, soli Augustino
 insudatum est, post & hoc non intellecto, & neglecto, Tho-
 mas Aquinas regnavit, & hunc alij sine fine interpretes
 secuti sunt.

Error itaque manifestus est, hoc verbo, non licet scripturas
 proprio spiritu intelligere, nobis mandari, ut, sepositis sa-
 cris literis, intendamus & credamus hominum commentari-
 is. Hanc inquam intelligentiam absque dubio satanas ipse inue-
 nit, quo nos a nostris, id est, sacris literis, longissime auoca-
 ret, & desperatam scientiam scripturae nobis faceret; cum sic po-
 tius sit intelligendum, scripturas non nisi eo spiritu intelligen-
 das esse, quo scriptae sunt: qui spiritus nusquam praesentius &
 vivacius, quam in ipsis sacris suis, quas scripsit, literis inveniri
 potest. Danda ergo fuit opera, non ut sepositis sacris lite-
 ris, solum humanis patrum scriptis intenderemus, immo con-
 tra, primum sepositis omnium hominum scriptis, tanto magis
 & pertinacius insudandum erat solis sacris, quo praesentius
 periculum est, ne quis proprio spiritu eas intelligat, ut usus
 assidui studij, victo periculo eiusmodi, tandem certum nobis
 faceret spiritum scripturae, qui, nisi in scriptura, prorsus non
 invenitur: Hic enim posuit latibulum suum, & in caelis (id est
 apostolis) tabernaculum suum. Et psal. j. uir beatus in hoc lau-
 datur, quod die ac nocte, non in alijs libris, sed in lege domini
 meditatur. Hinc enim hausto spiritu, iudicium suum quisque for-
 mabit, non modo super omnia gentium, sed & sanctorum
 patrum scripta. Scriptum est enim, quod Moysi facies glorifica-
 ta fuit e consortio sermonis domini, non utique e consortio ser-

Aa iij, monis.

Neglecta sa-
 crae litterae.

Coniectura domini
impet

Desperata sa-
 crae scripturae
 scientia Scho-
 lasticis.

Iudicium parti-
 dum ex sacris
 literis.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

monis hominum, etiā sanctūssimorū, qui tum erant.

Præterea cum credamus Ecclesiā sanctā catholicā habere eundē spiritū fidei, quem in sui principio semel accepit, cur non liceat hodie, aut solum aut primū sacris literis studere, sicut licuit primitiuae ecclesiae? Neq; enim illi Augustinū aut Thomam legerunt. Aut dic, si potes, quo iudice finietur quaestio, si patrū dicta sibi pugnauerint? Oportet eū scriptura iudice hic sententiā ferre, quod fieri non pōt, nisi scriptura dederimus principē locum, in omnibus quæ tribuūtur patribus, hoc est, ut sit ipsa per sese certissima, facillima, apertissima, sui ipsius interpres, omniū omnia probans, iudicans & illuminās, sicut scriptū est psal. xvij. Declaratio, seu (ut hebraeus proprie habet) Apertū, seu ostiū uerborū tuorū illuminat & intellectum dat paruulis. Hicclare spūs tribuit scripturae illuminationē, & intellectu dari docet per sola uerba dei, tanq; per ostiū & apertū seu principiu (quod dicunt) primum, a quo incipi oporteat, ingressurum ad lucem & intellectū. Iterū, Principium seu caput uerborū tuorū ueritas. Vides & hic ueritatē tribui nō nisi capiti uerborū dei, hoc ē, si uerba dei primo loco didiceris & eis uelut principio primo usus fueris, p oīm uerborū iudicio. Et quid facit octonarius ille totus, quā ut pueritate nī i studij dānata, nos reuocet ad fontē, & doceat primū & solū uerbis dei studendū esse, spm aut sua sponte uenturū, & nostrū spm expulsū, ut sine periculo theologissemus? Hoc sane uerū est, superbis & impijs scripturā sanctā semp esse maioris cæcitatē occasiōē; sed quæ hoīm scripta sup bis etiā nō sunt occasio maiorū tenebrarū; aut quæ res q̄libet optima superbis & immūdis nō cooperatur in malū? Hos fieri in scripturis hæreticos nihil mirū, uerū eosdē in humanis scriptis plus etiā q̄ bestias fieri nihil nouum.

Sint ergo Christianorum prima principia, non nisi uerba

Liceat nobis
q̄ primis li-
cuis doctori-
bus.

Verba dei
sunt prima
principia.

Primo sacra
discēda sunt.

Sine nostro
spū theolo-
gizandum.

ba diuina, omnium autem hominum uerba, conclusiones hinc
 educatæ, & rursus illuc reducendæ & probandæ, illa primo
 omnium debent esse notissima cuiilibet, non autem per homines
 queri & disci, sed homines per ipsa iudicari. Quod si non
 ita est, cur Augustinus & sancti patres quoties uel pugnant
 uel docent, ad sacras literas, ceu prima principia ueritatis
 recurrunt, & sua uel obscura uel infirma, illarum luce, firmi-
 tate illustrant & confirmant? quo exemplo utique docent, uerba
 diuina esse apertiora & certiora omnium hominum, etiam suis pro-
 prijs uerbis, ut quæ non per hominum uerba, sed hominum uer-
 ba per ipsa doceantur, probentur, aperiantur & firmentur: Ni-
 si enim ea apertiora & certiora ducerent, ridicule sua obscu-
 ra per obscuriora dei probare præsumerent, cum & Aristoteles
 istorum, uniuersusque naturæ sensus id monstraret, quod igno-
 ra per notiora, & obscura per manifesta demonstrari oportet
 at. Quæ ergo est nostra tam irreligiosa peruersitas, ut sacras lite-
 ras, non per seipsas & illarum proprium spiritum, sed per hominum glossas ue-
 limus discere, diuerso omnium patrum exemplo, & in hac per-
 uersitate gloriemur, ceu religiosissima pietate? Si enim hoc
 uolumus, concedemus, scripturas sanctas esse obscuriores
 & ignotiores, quam patrum scripturas, hoc autem admissio, ulteri-
 us dabimus, S. patres suis commentarijs nihil aliud fecisse, quam
 ut diuina per scripturas, notiora probarent per ignotiora,
 & sic tam seipsos quam nos mire illuserint, prorsusque inuani
 laborauerint, & erit ut plus credamus interpretantibus quam
 loquenti scripturæ, quis ita insaniat?

Iam quanti errores in omnium patrum scriptis inuenti sunt?
 Quoties sibi ipsis pugnant? Quoties inuicem dissentiant?
 Quis est qui non sapientius scripturas torserit? Quoties Aug.
 solus disputat, nihil definit? Hiero. in commentarijs fere nihil as-
 serit. Quæ autem securitate possumus alicui niti, quæ constiterit
 sapientius errasse, sibi & alijs pugnasse, scripturis uim fecisse,
 nihil

Christianorū
 prima principia & con-
 clusiones.

Dei uerba ap-
 pertissima,

Glossæ homi-
 num ambigæ

*proprio spiritu
 intelliges scriptura*

Errauerunt
 patres.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Vetustiores
diligentiores
fuerunt.
Scriptura re-
gnat sola.
 nihil asseruisse, nisi autoritate scripturę nos omnia eorum
 cum iudicio legerimus? Nullus attigit scripturę æqualita-
 tē, sicut nec debuit, quanquā uetusti illi propius accesserint,
 quā in scripturis diligentiores fuerunt. Nemo ergo mihi op-
 ponat Papę aut sancti cuiusuis autoritatem, nisi scripturis
 munitā: Nec statim uociferetur, me unū uelle omnibus do-
 ctorē uideri, & scripturas proprio spiritu intelligere: Hęc
 enim non sunt uociferationes quarentium dei ueritatem,
 sed suam uanitatē: aut eū afferat autorem, quē constat nun-
 quā errasse, scripturas torfisse, alijs & sibi pugnasse, dubitas-
 se. Nolo omnium doctor iactari, sed solam scripturam re-
 gnare, nec eam meo spiritu aut ullorum hominū interpre-
 tari, sed per seipsam & suo spiritu intelligi uolo.

In qua re ne iuste uideantur uociferari, p̄t̄ clarissimū ex
emplū habeo Augustini, quem sæpius adduxi, & quia sur-
da eū aure trāseūt, sæpius inculcare oportet, ubi dicit in epi-
stola ad D. Hieron. Ego solis eis libris, qui Canonici dicū-
tur, eum deferre honorem didici, ut nullum eorum scri-
ptorem errasse firmiter credam, ceteros uero, quantalibet
sanctitate doctrinę prepolleant, ita lego, ut non ideo ue-
rum credam, quia ipsi sic senserūt, sed si per Canonicas scri-
pturas aut ratione probabili mihi persuadere potuerunt.
Cur non & hunc Augustinum arrogantię arguant? qui
prorsus omnes ad unum tractatores scripturę cōtemnere
audet, quatenus scripturis & rationibus non persuadēt, &
nobis idem faciendū docet, lib. iij. de trinitate, d. Noli meis
literis uelut Canonicis inseruire &c. Et Hilarius uel inter
primos patrū, in suo de trinitate lib. primo d. Optimus in-
terpres hęc est, qui sensum e scriptura potius retulerit quā at-
tulerit, nec cogat hoc in dictis contentū uideri, quod ante
intelligentiā docere præsumpserit. Ecce hęc insignis autor
uult e scripturis referri, nō afferri in scripturas intelligētiā.
Non

Nota.

Intellige &
serua.

Non ergo hoc est elucidare sapiētiam (de quo gloriāntur) multa patrum dicta congerere, & ex ijs scripturam intellectuam præsumere, sed e scriptura intelligentia relata, & per sui solius collationem elucidata, illorū dicta iudicare. Sic & beata uirgo conferebat uerba omnia in corde suo.

Quod si, ut hoc aueremus & deberemus, Augustinus & Hilarius alijq; non docuissent, nonne Paulū habemus ad Thessaloniceñ. dicentem: Omnia probare, qđ bonum est tenete. Et Gal. 1. Si quis aliud euangelizauerit, præter id qđ accepistis, anathema sit. Et. 1. Iohā. 11. Probate spiritus utrum ex deo sint. Has certe Apostolicas monitiones necesse est oēs contemnere, si quolibet patrum dicta oportet absq; iudicio admittere, iudicio inquam spiritus, quod nullis, nisi sacris, literis uoluit includi & contineri.

Atq; ut latius, quod mirentur, dicam, legimus in actis Apostolorum. c. xvij. quod ij, qui cum omni auditate uerbum Pauli audierant, quotidie scrutabatur scripturas, an hæc ita haberent. Si ergo Pauli Euāgelium, seu nouum testamentum oportuit probari per ueterem scripturam, an ita haberet, qui tamē autoritatem habuit a deo sibi datam sicut Apoltolus, ut eius uerbo crederetur, qđ nos facimus, qui patrum dicta, quorum nulli fuit autoritas, noua docēdi, sed tātum accepta per Apostolos conseruādi, nolumus ad scripturæ iudicium uocari. Deniq; non solū ipse Paulus sua omnia per uetus testamētum probat, ut in Epistolis eius abunde uidemus, adeo ut in proemio Epistolæ ad Romanos testetur Euāgelium suum prædictum in scripturis sanctis per prophetas, sed Petrus & omnes Apostoli, etiam concilio congregati (Act. xv.) per scripturas sua demonstrant, quin & ipse Christus omnium dominus, uoluit per Iohā. testimoniū comprobari, & uoce patris de coelo confirmari, adhuc tamen frequentissime sua per

Bb suadet

Omnia iudicanda a spū.

Similiter legend

Scrutanda scriptura.

Autoritas sacrorū patrū quanca sit.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

suadet testimonijs scriptura; lubens etiam Iudæos, ut scri-
tentur scripturas, quæ testimonium perhibeāt de eo.

Solis scriptu-
ris sanctis p-
bamus,

Mira ergo nostra peruersitas, ut alijs testimonijs quā
scriptura; nostra uelimus pbare, quādo Christus & Apo-
stoli omnes sua uolunt in scripturis testificari, immo quo
sit insania intolerabilior, scripturas, unde testimonia pro

Hūanis diui-
na formam^o.

nobis petenda sunt, uolumus testimonijs hominum pro-
bare & tueri. Nonne hoc est aliud nihil, quam uelle huma-
nis diuina formare & elucidare? Nonne hoc est, gladium

Doctores
sancti impa-
res Ap[osto]lis.

spiritus, quo nos defensos oportuit, obiecta carne brachijs
nostri tueri? Non tamen per hæc, sanctis patribus uolo de-
tractam autoritatē & ingratitude[m] pro sanctis eorum la-
boribus repensam, sed libertatem spiritus & maiestatem

uerbi dei illis prepositam: Sint sancti uiri & Ecclesiarum
patres, sed homines, & Apostolis atq; Prophetis impares,
& horum autoritati non prelati nec æquati, sed subiecti,

Quid a patri-
bus discere
debeamus.

ut quos non ipsi erudierunt aut illustrauerūt, sed a quibus
ipsi eruditi & illustrati sunt: tantum nobis exemplo sint,
ut quemadmodum ipsi in uerbo dei pro suo tempore labo-
rauerunt, ita & nos pro nostro seculo in eodē labo remus:
Vna est uinea, sed diuersi diuersarum horarum operarij,

omnes tamen in ipsa uinea non in farculis, aut cultris ope-
ratorum laborant. Satis est e patribus didicisse studium
diligentiam in scripturis laborandi, non omne opus eo-
rum probari necesse est, siquidem & diligentia pluribus
quandoq; nō dat, quod dat uel unī sola occasio &, nescio
quæ, spiritus incomprehensibilis impulsio.

Ex fonte po-
rius bibendū
q̄ riuulis.

Exēplo itaq; sancti Bernardi, si id poterimus, potius ex
fonte ipso quā ex riuulis bibamus, sic enim de se confite-
r, ob id nō raro patribus sanctis reluctari ausus. Alioqui, si
pontificibus aut doctoribus solis fidendum est, nec ad scri-
ptura; tribunal uocandi sunt, cur nō scripturas sanctas ex-
plodimus,

plodimus, tanquam superfluas & obscuriores quā ut eas
possimus consequi: eodem exemplo tādē & patres san-
ctos repellamus, receptis, in locum eorum, apertioribus
(ut iactant) Theologis scholasticis, donec & his abiectis
Aristotelem & quo quisq; remotior a sacris litteris & san-
ctis patribus fuerit, duces habeamus, sicut reuera habui-
mus & habemus. Tū reuera erit, ut scripturas sanctas non
solam spiritu proprio non interpretemur, sed nihil nisi pro-
prium spiritum, scripturis in totum incognitis, reliquum
retineamus, & meris opinionū nostrarum turbinibus &
procellis sine fine agitemur, sicut est dies hęc. Hęc uolui
in hoc protestari, ne ij qui sanctorū patrum alicubi dictis
suffarcinati prælumunt uictoriam sibi, sese aliquid fecisse
putent, si me aduersatam ostenderint, uel unius patris Ec-
clesiastici unico alicui uerbo, qđ hactenus a scholasticis
doctoribus ad Ecclesiasticos semper puocarim: Nō enim
sic ad eos puocaui, ut omnia eorū uera arbitrarer, sed qđ
propiora ueritati senserint quam scholastici, qui fere nihil
ueri habent reliquum, ut sensim ad fontem ipsū, riuulis
ducentibus, ueniremus. Prohibet enim Aug. quem semp
adhibui, ullius tractorum quātumlibet sancti scripta, scri-
ptis Apostolorū & prophetarū æquari, id qđ communis
quoq; naturæ sensus prohibet.

Istis præmonitis ad articulos ueniamus.

ARTICVLVS PRIMVS.

Hæretica est, sed usitata, sententia, Sacramēta no-
uæ legis dare gratiā illis qui non ponūt obicem.

Scriptura sic dicit Ro. j. & Abacuc. ij. Heb. x. Iustus ex fi-
de sua uiuet. Nō dicit, Iustus ex sacramētis uiuet.

Marci ul. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit,
Qui autē non crediderit, cōdemnabitur: etiā si baptizaret,
nec enim baptismus saluat, sed fides baptismi.

B b ij Ro. x.

Nostrū spiri-
tum interpre-
tamur.

Propiores
ueritati anti-
q̄ Doctores

*Nota primū d-
rametionis lo*

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Ro. x. corde creditur ad iusticiam: Non dicit, corpore sacramenta suscipiuntur ad iusticiam.

Ro. iiii. ex Genesi, xv. Credidit Abraham deo & reputatum est illi ad iusticiam.

RATIONE SIC.

Quia in omni sacramento est uerbum promissionis diuina; quod affirmatiue promittit & exhibet gratiam dei, ei, qui suscipit sacramentū, ubicunq; autem deus promittit, ibi exigitur fides audientis, ne deum faciat mendacem sua incredulitate, quare in sacramentis suscipiendis necessaria est fides suscipientis, quae credat id, quod promittit. Sic baptismus datur in uerbo istius promissionis: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit. Ergo necesse est ut baptizandus credat se saluum fore ubi baptizatus fuerit, alioquin deum in sua ista promissione facit mendacem, quod est horrendum.

Necessaria fit des suscipientis sacramentum.

Sic in sacramento poenitentiae datur absolutio in uerbo istius promissionis: Quodcunq; ligaueris super terram, ligatum erit & in caelis. Quare oportet, ut absoluendus credat & non dubitet sese uere absolui in caelis apud deum, dum absoluitur in terris per sacerdotem, ne Christi promissionem mendacem faciat.

Absoluendus credat Christo.

Sic in sacramento panis datur corpus Christi, in uerbo istius promissionis: Accipite & manducate, hoc est corpus meum, quod pro uobis tradetur. Oportet ergo manducantem omnino & firmiter credere, corpus Christi, non tantum pro alijs, sed & pro se esse datum, & sanguinē Christi pro se solum in remissionem peccatorum: sicut uerba promissionis aperte sonant, alioqui, irridebit promissionem istam Christi, & iudicium sibi manducabit.

Ex quibus euidentis est, necessariam esse fidem suscepturo sacramentum, qua credat se consecuturum id quod sacramentum.

Ro. x. p. d. 8

eramentum promittit & donat, ut sic uerum sit, quod dicitur: Non sacramentū, sed fides sacramenti iustificat. Cum enim in omni sacramento, sit uerbum dei, ut dicit beatus Augustinus super Ioan. accedit uerbum ad elementum & sit sacramentum: Vbi cūq; autem uerbum dei est, ibi fides hominis in ipsum requiritur: Multi enim sacramentum suscipiunt, & tamen non iustificantur, sed magis damnantur, quia sine fide suscipiunt. Sola ergo fides iustificat, ut prædictæ auctoritates probauere.

Fides necessaria ad uerbum dei.

Quare hæretica sententia est, quæcūq; cōtraria est huic Apostolicæ & Catholicæ sententiæ: At talis est eorum, qui dicunt sacramenta nouæ legis dare gratiam ijs qui non ponunt obicem, quousque autor Scotus est. Quod probo sic, quia docent, non modo non esse necessariam fidem, quæ credas te accepturum id quod sacramentum promittit, sed quod sufficiat ut nō ponas obicem: Obicem autē uocant, peccatum mortale uel propositum eiusdem, quale est, homicidium, libido, & similia, adeo ut satis sit suscepturo sacramentum, si desinat peccare & propositū deponat, etiam si nullum bonum propositum former. Quidam enim ex eis dicunt, nec motū bonum cordis requiri. Hæc oīa quia su prædictis contraria sunt, uere hæretica sunt. Incredulitatem uero pro nullo obice habent, sciētes quod non est in potestate nostra ponere incredulitatem, sed solius dei, qui infundit solus fidem. Quidam autem ex eis addūt requiri attritionē & fidem acquisitā, quæ duæ res, quid sint nemo illorum potuit unquam docere.

Obicē ponere, quid intellegant.

Non uelle peccare.

Attritio & fides acquisita.

Causa autē quæ mouet eos sic docere est, quod alioqui non uideatur differentia dabilis, inter ueteris & nouæ legis sacramēta: Vetera enim in fide suscepra iustificabant, hoc est, ijs qui boni erant utilia fuerunt (sicut dicunt) ergo noua debent esse efficaciora & prodesse etiā ijs qui boni non

Bb ij ni non

ARTICVLORVM DAMNATORVM

ni non sunt, ut boni fiant, cum noui testamēti omnia perfectiora, quam uet. test. esse debeāt. Nos autem dicimus, nec noui, nec uet. testamen. sacramenta, sed solam fidem iustificasse. Sicut Paulus dicit: iustus ex fide sua, uiuet, & corde creditur ad iusticiam. Ideo ratio istorum nihil est, si cut & omnia quæ ex illa diducunt. Potius differunt sacramenta nouæ legis, non a sacramentis, sed a sacrificijs & ceremonijs sacerdotij Aaronici, quod per hæc mundabatur corpora, uestes, cibi, & uasa quæcūq; ab immūdijs quæ ex natura non erant, sed ex lege Mosi, ideo ut nulla promissio, ita nulla fides in eis erat: Non enim natura est peccatum aut immūditia, si cadaver tetigeris aut lepram, aut menstruatam: ideo nec peccatum, sed immundicia uocabatur. At per illa nostra sacramenta mundantur conscientia ab immundicijs ueris, quæ ex natura uicia & peccata sunt, ideo promissio & fides hic uigent, quod & in multis alijs signis patrum uidere est, quæ ad ceremonias legis nō pertinebant. Verum hæc extra propositum.

SECUNDVS.

In puero post baptismum negare remanēs esse peccatū, est Paulum & Christū simul cōculcare.

Paulus Ro. vii. dicit: Concupiscentiam nesciebam esse peccatum, nisi lex diceret: Nō cōcupisces. Hic sine dubio claret, concupiscentiam esse peccatum, at quis est hominum, qui concupiscentiam non sentit postq̄ adoleuerit, quamuis baptizatus, cum hic Apostolus, sanctissimus, ne dum baptizatus, suam concupiscentiam accuset? Vnde ergo hoc peccatum, nisi ex natiuitate carnis, etiam post baptismum remanens?

Atq; ne quis putet Apostolum in persona aliorum loqui. Gal. v. ad eos qui spiritu uiuebant, generali sententia dicit: Si spiritu uiuimus, spiritu & ambulemus. Quid erat necesse

Nota Sacramenta ueteris & nouæ legis quō differant.

Immūdiæ legis.

Concupiscentia peccatū est.

necesse mandare, ut spiritu ambulent, qui spiritu uiuunt, si non superest peccatū carnis, quod crucifigant. Denique, dicit, c.v. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non quacumq; uultis, illa faciatis. Quæ autem potest esse concupiscentia spiritus, nisi charitas? ut & Aug. sapius interpretatur, ubi autem charitas nisi in baptizatis? Et tamen in his pugnant utraq; concupiscentia.

Et quæ esset Apostolicæ doctrinæ uis & autoritas, si nō generaliter ad omnes homines pertineret? Non enim absolute dicere debuisset, spiritum & carnem sibi pugnare, sed aliquorum spiritum & carnem, scilicet malorū. Nunc autē prorsus de oībus Christianis, dicit: Quicumq; autem sunt Christi, carnem suā crucifixerūt cum uicijs & concupiscentijs suis. Quod quō potest aliter intelligi, quam illud Ro. vi. Non ergo regnet peccatū in uestro mortali corpore, ut obediatis cōcupiscentijs eius? Cur prohibet obedire concupiscentijs corporis, si nō sunt in corpore baptizati? Cur regnare uetat, si nullū adest peccatum? Nisi qd̄ uere in omnibus peccatum est & cōcupiscentia, sed non debet regnare, nec nos ei obedire seu consentire, sed contra pugnare, crucifigere & mortificare. Sicut Gen. iij. idem bellum spiritus & carnis describit: Inimicitias ponā inter te & mulierem, & inter semen tuum & semen illius, ip̄a conteret caput tuū, & tu insidiaberis calcaneo illius.

Rursus Ro. vii. Condelector legi dei secundum interiorem hominem; Video autem aliam legem in membris meis, rapugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in legem peccati. Hoc nō dici in persona malorum, sed in persona sua & omnium sanctorum filiorum dei, ex eo patet, quod condelectari legi dei scd̄m interiorem hominem impossibile est homini extra gratiam constituto, qui potius odit

Verba Pauli
generaliter
ad oēs dicta

Peccatum
nō regnat
in Paulo.

nota

ARTICVLORVM DAMNATORVM

us odit legem dei. Quia c. iij. generali sententia de omni-
bus filiis hominum, dixerat: Non est iustus, non est intelli-
gens, non est requirens deum, omnes declinauerunt, simul
inutiles facti sunt, non est qui faciat bonum, non est usq[ue]
ad unum. At qui delectatur in lege dei scd[m] interiorum
hominem, certe iustus est, intelligit, requirit deum & fa-
cit bonum, nec declinat a deo, cum delectari in lege non
sit nisi amanti & desideranti legem.

in lege est

Delectari in
lege est amā-
tis.

in lege est

in lege est

Et in fine ait: Igitur ego ipse mente seruo legi dei, car-
ne autem legi peccati. Si enim hoc non in sua persona sed
impiorum dixit, dabimus, malos esse seruos dei, scd[m] no-
biliorum partem sui, scilicet mētem. Nam seruire legi dei,
est obedire, in omnes eius uoluntates ire & subditum esse
deo, quod indijissimum est sentire de impijs, quorum cor
& mens penitus declinant a deo, & potius carne & exter-
na specie pietatis ei seruiunt. Sicut de hypocritis dicit. j.
Timot. iij. & psal. lxxviij. Cor autem eorum non erat re-
ctum cum eo, neque fideles habiti sunt in testamento dei.
Et iterum: Generatio quæ nō direxit cor suum, nec est cre-
ditus cum deo spiritus eius.

Quiduis im-
pijs tribuitur
preter legis fi-
dem amorē.

Quiduis autē tribui impijs patior, cor rectum, spiritum
fidelem legis amantem, plane scriptura tota non nisi san-
ctis tribui cogit. Non enim dicit: Video legem dei in inte-
riore homine, sicut de lege peccati, dicit: Video aliam le-
gem in membris meis. Vidit enim, & odio habuit, licet ca-
rere non possit, tamen fortiter contra pugnauit. At hic di-
cit: Condelector legi dei, quod est magis quam uidisse &
amasse legem, qd[am] procul dubio includit, cor esse rectum
seu spiritum fidelem & uere pium, quod non nisi de seipso
& similibus sanctis intellectum uoluit. Quare nisi impijs
uolumus tribuere oīa, quæ sanctorū sunt, hunc locū nega-
bimus ab Apostolo in aliorū impiorū p[er]sona dictū.

Fateor,

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

Fateor, si pertinaciam suam nolit quispiā deponere, per-
durabit, nec his flectetur. Et quid mirum? cū nec Christus
omnibus potuerit sua persuadere. Hæc doctrina, quia sa-
cra & diuina est, uult, ut positis propriae sententiæ & opini-
onis studijs, dociles & ductiles sint tam auditores q̄ tracta-
tores, sicut dicit psal. xliiij. Audi filia & uide, & inclina au-
rem tuā. Nullus contentiosus aut peruicax huc intrabit.
Immo in quā unquā sententiam quantūuis manifestā uer-
ritatis, contentiosus & peruicax induci potuit? Perpendat
autem quiuis hæc sedato & libero animo, seseq; docilē præ-
beat deo, & sine dubio erudietur, & suauissima ueritate ca-
pietur. Quæ postulo eo iustius, q̄ hæc nostra sententiā uer-
bis his diuinis traditur; Aduersaria uero uerbis hominum
humanaq; opinione & nostro sensu tantum assertur, absq;
autoritate scripturæ diuinæ, atq; hoc ipso suspecta, cū quod
sacris literis uel utcunq; probari nō potest, approbari tutū
nō sit. Facile quidē est dānare alienas sententias, sed multo
facilius sibi temperat a damnando, qui prætentarit q̄ diffi-
cile sit improbare & confutare quod damnare præsumit.
Quanc̄ ego uehementer admiror hanc sententiā nō ef-
se omnibus notissimam, nedum sperassem ulli uideri da-
mnandam, quā scimus omnium sanctorum per tot secula
confessione probatam. Quid enim in uita omnīū sancto-
rum legimus, q̄ labores, uigilias, ieiunia, orationes, qui-
bus uelut machinis spiritualibus pugnaverunt aduersus
carnem & concupiscentias corporis sui proprijs? Quis eo-
rum non gemit, non accusat, non laborat in carne sua &
concupiscentijs suis? Cum ergo in his omnibus uideamus
istas autoritates; Caro concupiscit aduersus spiritum, spiri-
tus aduersus carnem, & Condelector legi dei sc̄m interi-
orem hominē, uideo autem aliam legem in mēbris me-
is & c. Quæ causa est, ut hæc apostolum uelimus nō in sua
Cc sed

Theologia sc̄i
diuus nō sit
peruicax &
intractabilis

Appbaritur
cū nō est q̄
sacris literis
nō fundatur

Omnis not
tissimus arti-
cul⁹ reijciatur

*Quare
reijciatur
+ post hunc mōdum
non notissimus nō in*

ARTICVLORVM DAMNATORVM

sed impiorum persona dicere, quæ in personis pijs simorū
videmus uitiacissimis studijs geri?

Piorū est cer
tamen cū u/ /
cū nō impi/
orum.

hieronimus
amf

hieronimus
queritur pec/
catum.

Experiētia ar
ticulum com
mendat.

Aut quando uidimus impium, qui hac molestissima pu
gna, aduersus carnem suam militet, condelectetur legi dei
scd'm interiorem hominem? piorū ista sunt summa & la/
boriosissima certamina, & nos ea tribuemus impijs in con
cupiscentiā libere & sponte ruentibus, immo furentibus.
Quoties rogo S. Hieronymus de incendijs libidinum cō/
queritur, etiā tum, cū multo ieiunio & labore contra ea pu
gnaret, hoc est, dum esset non modo baptisatus, sed & san
ctissimus? Experiatur quisq; seipsum, & referat, si audet, se
non habere concupiscentiā, etiā si ad morbum usq; ieiunet
& laboret. Et unde hoc malum furens & indomitū? Non
utiq; a natura, quia Adam illo caruit ante casum, sed post
lapsum sensit in carne, & nobis per generationē hæredita/
uit, quod baptisate incipit tolli, durat tamē usq; ad mor/
tē carnis, licet in alijs minus, in alijs magis: Vnde & ipsi ap
pellant fomitē, morbum naturæ & tyrannum.

Reuertamur ad probationem. Apostolus Heb. xij. utiq;
baptisatus & sanctis scribens d. Deponamus oē pondus &
circūstans nos peccatū. Hic seipsum quoq; inuoluens, do
cet, deponi omne pondus & peccatū, quod nos circumstat,
id est pertinaciter inhæret & instat; mira uerbi Emphasi si/
gnificans molestā & improbam illam carnis nostræ con/
cupiscentiam & procacitatē, qua nos assidue sollicitat ad
peccatum, nec aliqñ quiescit, nunc ira, nunc libidine, nunc
superbia, nunc auaritia nos inquietans. Ita, ut D. Cypria/
nus ob hoc ipsum optandam censeat mortem accelerari,
Epistola de mortalitate dicens: Cū auaritia nobis, cum im
pudicitia, cū ira, cū ambitione, cōgressio est, cum uitijs car
nalibus, cum illecebris secularibus, assidua, & iugis, & mo
lesta luctatio est, Obsessa mens hominis, & undiq; Zabu
li in

Ciprianus

si infestatione uallata, uix occurrat singulis, uix resistit: Si auaritia prostrata est, exurgit libido, si libido cōpressa est, succedit ambitio, si ambitio cōtempa est, ira exasperat, superbia inflat, uinolentia inuitat, inuidia cōcordiā rumpit, amicitia zelus abscondit, cogere maledicere, q̄ lex diuina prohibet, compelleris iurare q̄ nō licet, tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urget, & delectat hic inter Zabuli gladios diu stare, cum magis cōcupiscendum & optandum sit ad Christum, subueniente uelocius morte, properare.

Si tantus martyr de se, sibiq̄ similibus talia affirmat, quis dubitabit & omnibus sanctis eadē tribuere? aut saltē nō negabit in sanctos quadrare, qd̄ apl̄s dicit: Cōdelector legi dei scd̄ in interiorē hoīem, uideo autē aliā legē in membris meis, ne in p̄sona impiorū ista uideatur locutus. Quae omnia ideo urgeo, q̄ scio D. Hiero. Originē, & alios impulsos alicubi sentire apl̄um hoc loco in aliorū p̄sona locutū, licet alijs locis econtrariū sentiāt. Et D. Augu. diu eadē sententiā captiuus, tandē in Retracta, & lib. vj. contra Iul. xj. ita reuocat, ut neget a se fuisse intellectū antea apostolū, dū in aliorū p̄sona locutū fuisse asseruisset. Quis nō moueat autoritate principū horū uirorū patrū, nihil indignor si quis hos patres alicunde pro se adduxerit, aduersus meā sententiā, si temere uno loco eos legerit, & in suā sententiā sonare uiderit. Verum nec illis, nec assertoribus eorū iniuriā facio, dum uerba ipsa apostoli, tum illorū proprias & contrarias sententiās eis pratulero.

Iuuant eandem hanc sententiā, & multa alia. Primū id quod apostolus Rom. xij. praecepit utiq̄ sanctis & baptis, ut renouentur in nouitate sensus sui. Et alibi. ij. Corin. iij. Et si is qui foris est noster homo corrumpatur, tamen is qui intus est, renouatur de die in diem. At renouari est

Nota de uer
bis doctorū.

Renouari spi
ritu.

Cc ij e netu

ARTICVLORVM DAMNATORVM

e uetustate in nouitatem mutari. Vetusitas autem peccatum est ueteris hominis, sicut nouitas, gratia noui hominis; Renouari ergo arguit inesse uetustatem. sicut rursus dicit Col. iij. Expoliantes ueterem hominem cum actibus suis. & j. Corin. v. Expurgate uetus fermentum, ut sitis noua conspersio. Quae omnia certe affirmant, reliquum uetustatis & peccati in nobis esse, quod exuendum expurgandumque sit, cum ad eos scribat, qui iam erant (ut dicit) acymi & creati in nouum hominem secundum deum.

Samaritanus
alligatus non
subito sanat

Deinde parabola Euangelij pulchre huc ualent. Quarum una de Samaritano, qui semiuiuus non subito sanauit, sed alligauit tantum, & sanandum suscepit; Nonne ostendit neminem subito ab omnibus peccatis sanum factum, sed pacto fidei in corpus Christi assumptum, de die in diem magis sanari? Altera Math. xij. de fermento in fata farinae tria mixto, donec fermentaretur totum, quid aliud uult, quam fermento nouo fidei fermentari, non subito, sed paulatim totum hominem; ut haec uita cognoscatur non esse iustitia, sed iustificatio, non sanitas sed sanatio, non finis sed phase domini, non terra, sed migratio, & prorsus continua purgatio peccati, & transitus de uirtute in uirtute (ut docet psal. lxxxiiij) & transformatio de claritate in claritate, ad imaginem Christi, ut apostolus uocat. At talis transitus certe manifestat, reliquum esse semper peccatum, a quo recedamus, & ad maiorem iustitiam propinquemus.

Di scipuli
mundi & mundandi.

Et Ioan. xij. cum asseruisset discipulos esse mundos, tamen infra dicit, xv. se esse uitam, illos palmites, & tamen omnem fructiferum magis purgandum, ut plus fructificet. Quomodo enim sunt mundi & simul immundi, ut purgari egent, qui nisi mundi essent, fructum non afferrent; Nisi quod uerum est, quod idem, j. Ioan. j. dicit; Si dixerimus, quoniam peccatum non habemus, ipsi nos seducimus, & ueritas in nobis

Argumentum

nobis non est. Notauit S. August. q̄ non dixit: habuimus
sed habemus. Et psal. xvij. Delicta quis intelligit: ab oc-
cultis meis munda me. Et psal. l. petit spiritū rectum & cor
mundum in se fieri, cum hoc non nisi immūdu orare pos-
set. Vnde ergo ista immunditia tam sanctis uiris spiritu ser-
uentibus, nedum baptisatis? Quod malum has mouet im-
munditias: nisi radicale illud originis malum, de quo Pau-
lus Colossensibus sanctis scribit: Mortificate membra ue-
stra quæ sunt sup̄ terrā, fornicationē, immunditiam, libi-
dinē, concupiscentiā malā, auaritiā: Non q̄ his peccatis ser-
uire eos arguat, sed ut repugnent, ne eis seruiant.

Radicalē ma-
lū originis.

Et ut finem faciamus, sola oratio dominica nōne oēs cō-
cludit sub peccatū, dū omnibus quantūlibet sanctis man-
dat orare, Fiat uoluntas tua, sanctificetur nomen tuū, adue-
niat regnū tuum? Quid confitetur, qui petit fieri uolunta-
tem dei, nisi sese nondū plene facere uoluntatē dei, ac per
hoc esse inobediētē deo? (neq̄ em̄ fictis hic uerbis orat.)
Hoc solo saluus q̄ agnoscit & deprecatur suā inobediētī-
am, ac inquantū orat & agnoscit, tantū facit uoluntatē dei
id est in spiritu: sed in carne, contra quā sic orat, nōdum fa-
cit. Ita qui petit sanctificari nomē domini, nonne fateē no-
men domini adhuc in se pollui ex parte? quod dolens de-
precatur, & impletur illud in eo Ro. viij. Quod nolo malū
hoc facio, quod uolo bonū, non facio. Sic qui aduenire re-
gnum dei petit, certe seruū diaboli se ex parte cōfitetur, cū
apostolo dicens: Video aliam legem in membris meis, ca-
ptiuantem me in legem peccati.

Oratio do-
minica omēs
cōcludit sub
peccatum.

Scio autem quid hic mihi opposituri sint, scilicet omnia
quæ dicta sunt probare non peccatum, sed defectū seu in-
firmitatē in nobis relinqui post baptismū. Sic em̄ fomitē &
passiones carnis uocāt. Rñdeo, si sola nos uerbi controuer-
sia haberet, facile admitterem, ut defectum uocarent, quic

Defectus .p̄
baptismum
peccatum no-
minans.

Cc iij quid

ARTICVLORVM DAMNATORVM

quid id est mali, quod in prædictis scripturæ uerbis relinq̄
in nobis probatum est: Frustra enim certatur de nomine,
ut peccatum esse negent, & non culpam, sed pœnam tan-
tum peccati esse uelint, admittere non possum. Neq̄ enim
satis est, q̄ sine scripturæ testimonijs, autoritate propria di-
cunt, omnia ista defectus dici, quia deficiant a perfecta le-
gis plenitudine. Deinde, q̄ non licet ulli angelorum, ne-
dum ipsi hoïbus, uerba dei pro suo sensu interpretari, ut
quod illa peccatum aperte uocat, illi defectum interpretetur:
Apostolus enim manifeste dicit, se captiuum duci in
legem peccati & concupiscentiam, autoritate legis, cogni-
tam a se peccatum; quam iterum uocat peccatum in carne
sua habitantem.

Originale
malū rema-
nens nō est
sola pena sed
etiam culpa.

Peccatū uere
dicit̄ quicq̄d
cōtra legē lit

Quomodo em̄ non erit uere peccatū, cum ad hoc, ut ue-
re peccatū esse probet, adducat legē prohibentē cōcupisce-
re, & fateatur sese nō concupiscere nō posse, ac per hoc ue-
re, non defectu tm̄, sed peccato, cōtra legē facere. Nā & ip-
somet cogentur hoc peccatum dicere, quod contra legē fit
quocunq̄ modo. At defectus ille, quem extenuando pec-
catū, sic uocant, certe cōtra legē est. Quod si hoc uno loco
sic licet uerbis dei abuti, ut peccatū non peccatū dicamus,
Quomodo resistemus neganti in uniuersum, omnia pec-
cata in tota scriptura, dicenti, q̄ adulteriū, homicidiū, ido-
latrā quoq̄ non sit peccatum, sed defectus & pœna pecca-
ti? Si ergo huic resisti debet, oportet ut peccatum simplici-
ter, præsertim ubi legis prohibitio adducitur, cuius compa-
ratione probetur, accipiatur pro uero peccato, aut elude-
mus totius scripturæ autoritatem. Non est enim pœna sed
culpa, q̄n dicit, Concupiscentiā nesciebā esse peccatū, nisi
lex diceret. Nō cōcupisces: Ergo qui cōcupiscit (sicut ois
facit baptisatus) scit se, lege magistra, cōtra quā facit, uere
peccare. Et

Primo sic p̄na

Cōcupiscens
uere peccat.

Et mire placet, ab Apostolo adductū crassissimū genus peccati, quod in nouissimo sensu, tactus, oēs sentiūt. Quo modo em̄ persuasisset intentiones & opinioniones cordis peccata esse ijs, qui nondū psuaderi uolunt, concupiscentiā esse peccatū, & contra crassissimū sensum experientia & aptissimam legē sapiunt. Nam quē non facit reū ista lex, Diliges dominū ex toto corde tuo. Quis nō parte aliqua magna seipsum diligit. Verum sciebat apostolus hoc præceptum sublimius esse, q̄ ut inexercitati capere possent, ideo assumpsit, quod præsumpsit non posse negari ab ipsis, nimirum omnium sensu cognitum.

Videamus autem, qua ratione moueantur, ut negēt peccatum dici, reliquam baptismo libidinem. Dicunt em̄ baptisimi iniuriam esse, si non omnium peccatorum tribuere dicatur remissionem, sicut habet fides catholica ecclesie & sanctum Euangelium. Si ergo remissa sunt omnia peccata, quod reliquum est, peccatum dici non debet. Respondeo, quid hic dicere possum, nisi quod urgentibus eodem argumento Pelagianis, Augustinus dixit, scilicet peccatū remitti quo ad reatū, sed non quo ad actum, seu (ut ipsius uerbis utar) Peccatū istud reatu transit, actu manet. Sicut enim (ut idem ait) aliquod peccatum transit actu, & manet reatu (sicut est omne actuale) ita e contra, hoc originis peccatū transit reatu & manet actu. Ecce nō negat esse peccatū, nec dicit solū defectū aut pœnā esse, sed peccatū actu & uere esse. Rursum dicent: At nos reatū hunc proprie uocamus peccatum, non illud quod remanet. Respondeo, in re ista seria & sacra non licet argutijs sophisticis cauillari, quibus effingunt reatum esse respectum inter deū & peccatorem, quo hic deputatur ad pœnam. Iniuria est gratia dei, si solū istū phantasticum respectum tollere doceatur, cum, ut scriptura loquitur, gratia dei renouet, mutet, & in nouos homines

Ratio negatiuū peccatū esse libidinē baptismo reliquam.

Peccatū reatu transit actu manet.

Gratia non solis respectibus medet.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Gratia nō so-
lis respecti-
bus medet.

*pna nō dā nat
et bona opatio
fama*

Peccatū nēm
uerū, non im-
putatur ad
mortem.

Christianis
ueris non nocet
peccatū.

Iustus simul
non peccat,
& tñ pecca-
tum habet.

homines transformet de die in diem, & res ista serio agatur, non respectibus tollendis, sed substantia & uita mutandis: Nam ideo corpus mori & incinerari oportet, ut peccatum expurgetur. Verus est morbus & serius, qui tam seriū & porentē exigit medicinam.

Hac ipsa enim gratia noui testamēti & misericordia dei est, quod quia geniti sumus uerbo ueritatis & renati baptisate, ut simus initium aliquod creaturæ eius, interim fauor dei nos suscipit & sustinet, non imputans ad mortem, quod reliquum est peccati in nobis, licet uere peccatum sit & imputari possit, donec efficiamur perfecte noua creatura: ad finem enim purgationis patris misericordia respicit, propter quem inter medias peccati immūdiās, statuit misericorditer ignoscere, donec penitus aboleātur. Hoc apostolus Ro. viij. sic dicit: Nihil ergo damnationis est in ijs, qui sunt in Christo Iesu, qui non scdm carnem ambulāt. Non ait, Nihil peccati in eis est, cum præcedente cap. peccatum asseruisset, sed nihil damnationis, quia & si sit peccatum in eis non nocet, duplici iure: Primo, quia sunt per fidē in Christo Iesu, quo mediatore, eis ignoscitur quicquid peccati inest. Secundo, quia non scdm carnem ambulāt, id est, pugnant contra peccatum ut extinguant, quo studio quia inuiti habent peccatum in se, pro non habētibus deus illos habet, non tamen nisi gratuita misericordia, ne superbiat quisquam in oculis dei de munditia sua, sed in humilitate suæ miseriæ seruetur. Hoc sensu, j. Iohan. v. dicit, Scimus quoniam omnis qui natus est ex deo non peccat, sed generatio dei conseruat, & malignus non tanget eum: At omnis qui credit, quoniam Iesus est Christus, ex deo natus est, ut ibidem dicit. Ita simul uerum est, iustum non peccare, & tamen peccatum habere, seu malum facere.

Concludamur

Concludamus ergo cum pulcherrimo uerbo Aug. Peccatum, inquit, remittitur in baptismo, non ut non sit, sed, ut non imputetur. Ecce est & remanet peccatum, sed non imputatur. Quare perseverandum est in usu scripturæ & antiquorum, & non defectum, sed uere peccatum appellandum, libidinem, & alias passiones reliquas baptismo. Et aliud esse omnia peccata remitti, aliud omnia tolli, Baptismus omnia remittit, sed nullam penitus tollit, sed incipit tollere: id quod illos fefellit, qui remissionem intellexerunt omnimodam expurgationem, ac sic defectum pro peccato accipere se ipsos coegerunt, ex malo intellectu in peiorem lapsi. Nam hac sententia eorum, homines in securitatem & superbam præsumptionem ducuntur, dum peccatis ablati sibi puri cissi, omittunt studia expurgandi peccati, ut culus conscientie iam non sunt. Qua impia opinione plurimi pereant necesse est, sed & eo perueniunt insaniam, ut etiam libidinē inuitabilem parētum sanctorum, dum generant, quātumuis indomitam & summo inuictoque furore cōtra legem dei cōcupiscētem, defectum uocare sint coacti. Hoc est uere nimis extenuare peccatū, dicere tam atrocem libidinis impetū, esse defectū. Sed de hoc satis.

TERTIVS.

Fomes peccati, etiam si nullū assit actuale peccatum, moratur a corpore animā ab ingressu coeli.

Quamuis hanc conclusionem sapius testatus sim, non assertam, sed disputatam, tamen iam non disputo, sed assero eam, postquam nihil uideo cōtra eam produci ab ullo aduersario. Si enim uera sunt quæ proximo articulo dicta sunt, fomitem esse uere peccatum, per gratiam dei ueram magis ac magis purgandum, & nemo possit cum peccato coelum intrare. Sicut, ij. Pet. iij. promittit, Coelos novos & terram nouam expectamus, in quibus iusticia habitat,

D d Puto

Nemo cū peccato coelum intrare pōt.

nihil magis in intrabit in illud
no d. in p. h. p. f. f.
propter rem qd p. d. p. d.
f. ab n. m. m.

Peccatum remitti & tolli

nota ex d. e. b.

restitutio
restitutio
restitutio

obscuro
quoniam

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Puto satis proba consequentia duci, Animam fomitem impediri ab ingressu cœli.

His adde quod illi fingunt, & ego per impossibile posui; Fomitem esse posse sine peccato actuali, cū assidue lex membrorum captiuetur & repugnet legi mentis, ut Paulus conqueritur: Res enim uiua & quotidie mouens est peccatum, sicut & ipsa anima in qua habitat: Nam & iusticia res est uiuens & mouens, non enim quiescere potest anima, quin uel amet uel odiat ea quæ dei sunt. Vnde fit, ut cum ipsimet concedant, actuale peccatum morari ab introitu cœli, cogantur concedere, quod & fomes moretur, qui, origo uiracissima & inquietissima actualium peccatorum est. Omitto hic dicere, quod originale peccatum,

Peccatum uiuit in anima.

Incredulitas etiã originale peccatum.

ut omnia peccata, ita & incredulitas est, at nemo unquam satis diligit, credit, expectat, quam diu est in carne: Spiritus enim promptus est, sed caro infirma, etiam in Apostolis: Ideo fomes uere est actuale peccatū, actualis priuatio, siue defectus eius rei, quæ adesse debet, & actualis positio, seu presentia infirmitatis & aliorum affectuū, qui deesse debent, ut uere dixerit sanctus Iacobus, nos esse initium creaturæ dei, nondum complementum, partim iusti, partim peccatores, hoc uno salui & ab impijs discreti, quod peccatum agnoscimus, confitemur & expugnamus, cui illi potius obediunt.

Quomodo saluemur.

Q V A R T V S.

Imperfecta charitas morituri secum fert necessario magnum timorem, qui se solo satis est facere poenam purgatorij, & impedit introitum regni.

Cum de his rebus & de uniuerso statu animarum sanctarum post mortem, nihil habeat scriptura sancta, sicut nec de purgatorio, nihil possum adducere pro isto articulo, quem

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

quem neq; asserui. Nunc autem assero & ipsam ex præcedentibus infero & probō. Cum enim Ioannes Apostolus uere dicat: Timor pœnam habet, & timorem non expellet nisi perfecta charitas, ut idem dicit, clarum arbitror hinc fieri, timorem esse in imperfecta charitate, quæ eum expellere nequit: Hoc autē uitiū charitatis (sicut Aug. appellat) quid est aliud quam fomes & residuum originalis peccati, quod hominem priuauit a recta, secunda, & perfecta charitate dei. Quare uerū est, imperfectā charitatem impedimēto esse ad introitū regni, ppter uitiū q̄ imperfecta est. Et scio aduersarios nihil habere qd̄ cōtra dicant, nisi suas opiniones sine ulla autoritate scripturæ.

Timor est in imperfecta charitate.

Quis ergo iam neget, timorem istum pœnā habentem, posse uere purgatorium esse solum, cum non sit maior pœna spiritus nostri, quam fuga & pauor; nisi quis contra oīm sensum sapere uelit. Et scriptura paucis locis ignem, frequentissime autem pauorem tribuit dānatis & impijs, ut psal. ij. Tunc loquetur ad eos in ira sua, & in furore suo conturbabit eos. Et omnes fatētur faciem iudicis Christi fortius torturam impios, quam ipsum ignem inferni. Iam cum ipsimet fateantur, Animas nō ab igne, sed in igne pati, quam possunt aliam pœnam dare, quam fugam & horrorem; Sed secure ipsi sic opinantur de rebus, quarum nihil unquam gustauerunt & cognouerunt, ideo prompte damnant aliena. Ego autem nitor uel uni autoritati Ioannis, qui timori pœnam, & timorem dat imperfectæ charitati, Si tantū & ipsi pro sua sententia adduxerint scripturæ, paratus ero doceri.

Timor, anti-impœna magna.

QVINTVS.

Tres esse partes pœnitentiæ, Contritionem, Confessionem, Satisfactionem, nō est fundatum in sacra scriptura, nec in antiquis sanctis doctoribus.

D d ij Malitiose

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Satisfactio
nē Canonum
negauit.

Satisfactio non fiet

Maliciose hunc articulum congerunt. Non enim negaui contritionem & confessionem, sicut tamen sonat articulus, & ipsi uideri me talia docuisse uolunt, sed satisfactionem negaui, qualem ipsi docent, quod mihi non erit difficile probare. Ostendant si possunt, ubi in tota scriptura unus apex aut iota scribatur, pro peccato mortali uno debere satisfieri septem annis: dicant ubi pro differētibz peccatis, differentes pœnas statuāt Christus & Apostoli: Nonne hæc omnia sunt postea inuenta ab Episcopis: imo dent unū ex antiquis patribz, in q̄ legatur quadrageſimæ, septenæ & similia: ubi fecerint libēs reuocabo.

ut David, Moſen, Aaron, Mariam, populum Israel, & aliquos eorum, quos Christus in Euangelio curauit. Et. i. Cor. xj. Multi infirmi inter uos & dormiūt multi. Sed hæc non erat satisfactio quam isti docēt, scilicet remissibilem per clauēs. Ita & modo multos punit deus pro peccatis, quas pœnas tamē Ecclesia non potest auferre per clauēs.

Arbitraria satisfactio.

Quare uerum dixi arbitrariam istam satisfactionem, nec in scripturis nec patribz inueniri, inueniri autē pœnam irremissibilem a deo impositam. ut psalmo. lxxxviii. dicit: Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus hominum peccata eorum.

Culpa laxat non satisfactio.

Nota

Dicent forte relictum arbitrio Ecclesie taxandam pœnam pro peccatis. Respondeo, hoc iam nō est scripturas, sed propriam sententiam afferre: Probetur, quo loco Christus hoc arbitrium reliquerit Ecclesie: tibi enim non credo. Nam ubi dicit: Quodcūq; ligaueris &c. magis ad culpam quam ad satisfactionem pertinet. Culpa enim ligari & solui proprie dicitur, non confessio aut satisfactio. Ita & illud: Quorum remisistis peccata, remittuntur eis. Alioquin dicere debuit: Quorū remisistis satisfactiones remittuntur

remittuntur eis. Quare, diuinitus aut nulla est satisfactio, aut remitti humanitus non potest.

Hoc libens concesserim, quod Ecclesia mater, pio affectu præuentura manu dei, castigat filios suos satisfactio- nibus quibusdam, ne incurrat flagella dei, sicut Niniuitæ operibus suis spontaneis præuenerunt iudicium dei. Hæc pœna quidem est arbitraria non in totum ut illi uolunt, sed tamen necessaria. At nostri indulgentiarum etiam contra Ecclesiam asserunt remitti penitus omnem satisfactionem, etiam a iusticia diuina requisitam, quod est erroneum & impium; Nam aut nos aut homines aut deus punit peccata, quod illi per indulgentias tollunt omnino. Contra hanc eorum fictam & falsam satisfactionem, quam & solam habent, ego pugnaui, quam ideo solum finxerunt, ut lucra sua auerent, & homines exhaurirent, fallerent ac perderent, cum si essent pii pastores, potius imposerent pœnas, & Ecclesie exemplo præuenirent deum, sicut Moses eum præuenit occidendo filios Israel, propter peccatum uituli aurei. Optimum autem fuerit, si nos ipsos puniremus, hoc autem facimus, quando ex toto corde uitam totam mutamus, hac enim pœnitentia & satisfactioe deus contentus est, quantum probant scripturæ sanctæ, & præsertim Ioannes Baptista Luce. iij. Sic. j. Cor. xj. Si nos ipsos iudicauerimus, non utique iudicemur a domino, cum autem iudicamur a domino, corripimur, ut non cum hoc mundo damnemur. Ecce pœna & correctio prorsus irremissibilis, quæ a deo imponitur & exigitur.

Vehementer autem odi & sublatum uellem hoc uocabulum satisfactio, quod non modo in scripturis non inuenitur, sed & periculosum habet sensum, quasi deo quæquam possit pro ullo peccato satisfacere, cum gratis ille ignoscat omnia. Deinde occasio fuit, ut e salutari pœnitentiæ reme-
Dd iij dio

Indulgentiarum omnia remittunt.

Contra indulgentias inuenerunt

Imponendæ sunt pœnæ potius quam indulgentiæ.

Optima pœnitentia

Satisfactio nouum uocabulum.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Nota.

dio, nundinas facerēt. Vellem magis ut disciplina, castigatio, uisitatio, correptio, aut alio quoquam scripturę sanctę uocabulo nominaretur, quo significaretur non esse remissibile, sicut reuera remissibilis non est, disciplinā domini, multo minus uēdibilis & cauponabilis aliqñ crederetur, sicut hodie uidemus fieri, cōficta ista noua satisfactione, qua plenarie remittitur; cum talis (ut dixi) esse non possit, nedum poenitentię tertia pars censerī debeat. Vnde in sermone meo uernaculo insigniter adieci, non esse istas tres partes poenitentię, ut ipsi morem habent de eis loqui, semper enim uolui exceptam disciplinam domini, quam esse negaui ab ullo remissibilem, sed tantum imponibilem, ideo aliam necessario fore & nusquam descriptam, quam illi satisfactionem docent, tota in manu Papę positam, etiam inuita iusticia diuina.

Disciplina
dñi irremissi-
bilis ab ho-
mine.

SEXTVS.

Contritio, quę paratur per discussionem, collectionem & detestationem peccatorum, qua quis recogitat annos suos in amaritudine animę suę, pōderando peccatorum grauitatem, multitudinem, foeditatem, amissionē æternę beatitudinis & acquisitionem æternę damnationis: Hęc contritio facit hypocritam, immo magis peccatorem.

Quamuis hanc conclusionem etiam Cassianus doceat, & sensus communis omniū ita in se experiatur, ut superfluum sit probari eam, tamen ut obstruatur os loquētiū iniqua, scripturas dei consulamus.

nota
In charitate
dei, fiat cōtri-
tio uera.

Primum hoc nemo negabit, Contritionem quantum libet magnam, nisi fiat amore iusticię, & (ut ipsimet dicunt) in charitate dei, non est uera, sed simulata; Omnia enim

MAR. LVTHERI ASSERTIO

enim quæ extra charitatē sūt, nihil nisi uana & falsa sunt, (ut, 1. Corint. h. xij. docet Paulus), quia non fiunt ex toto corde, quod autem ex corde non fit, iam hypocrisis est. Sicut dicit Christus Matthæi. xv. Cor eorum longe est a me. At contritio per peccatorum collectionem parata, sine amore dei & iusticiæ, hoc est, sine corde conterit, de hac enim locutus sum, quare necessario sequitur, ut fiat hypocritam, qui nec uolenter nec amanter conteritur in corde suo. Ego enim hypocritam aliter diffinire non possum, quam eum qui id quod facit, non ex animo & sincero corde facit. Animum autem talem & cor, non dat natura, nec collectio peccatorum, sed sola charitas spiritus.

Hypocrisis.

Hypocritæ diffinitio.

Quod si dixerint se loqui de contritione in charitate facta, iam articulus nihil ad me. Non enim unquam sic docui, immo quia ut meum damnant, de contritione naturali & impia extra fidem, loqui eos oportet, quam esse hypocrisin, satis iam ex dictis constate puto. Aut opinantur hic forte, mediā & neutralem suam Theologiam, quæ illa collectio licet extra charitatem facta sit, non tamen sit ficta, quia præparat ad gratiā proxime, dum facit homo quod est in se. Verum, de ista impietate inferius suo loco. Ego enim peccatum assero quicquid ante gratiā sit in homine, tantum abest ut præparet ad gratiā.

Peccatū est quicquid sit in homine ante gratiā.

Secundo, de altera parte, quod ea contritio faciat magis peccatorem, latius dicendum, quo & prior pars maxime nititur. Hic Apostolū inuoco, qui dicit Ro. v. per legem abundare peccatū. & Gal. iij. Per legem augeri transgressiones. Et, 1. Corinth. xv. Virtus peccati, lex. Quibus uerbis prorsus neutralem illam Theologiam euacuat, quæ inter odium & gratificatē amorem, mediū fingit naturalem amorem.

Contra neutralem Theologiam.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

amorem legis, qui contritionem istam paret. Si enim hic amor fiat & per ipsum non augetur peccatum, mendax est Paulus, qui generali sententia dicit, legem esse auatricem & uirtutem peccati, ita, ut e solo Christo pendeat uictoria eius. Ergo faciat quicquid potest natura ante gratiam, auget peccatum, quia non potest non odisse legem; At hoc odium est peccatum, immo augmentum peccati, cum non solum peccet contra legem, sed odiat non licere peccare, prohibente, scilicet, lege; ita fit, ut irritante lege, & concupiscentia & peccatum magis placeat, & lex magis ac magis displiceat, cum ergo collectio peccatorum extra gratiam, non nisi legem sibi praestituat, ad quam peccata sua confert, impossibile est (licet metu poenae uel spe premij fortiter contra simulet) ut non magis odiat legem quam peccata, & magis diligat peccata quam iusticiam legis.

Natura auget peccatū.

Magis legē odit q̄ peccatū.

Et quid faciat impius extra gratiam, cum superius articulo primo docuerimus, quanto sudore iusti & sancti uiri condelectentur legi dei, & resistent legi membrorum repugnantis & captiuantis? si illi coguntur, non modo odisse, sed & repugnare legi dei & captiuari, quid facient impij, in quibus ista pugna spiritus nondum est? Quid faciat caro ubi spiritus non est? praesente spiritu pugnat contra legem dei, & tu dicis, q̄ absente spiritu pugnat p̄ legem dei. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem; & tu docebis solam carnem, nullo repugnante spiritu, facturam pro spiritu. Quid potest insanius dici & fingi? Mala cupiditati tribuitur, ut faciat opus contra quod ipsa eadem summis uiribus pugnat, dum praesens est bona cupiditas. Credo haec factura fidem, per legem non nisi augeri peccatum, id est, odio haberi iusticiam, & amari peccatum, idq̄ toto potdere & summis uiribus, ubi natura sola fuerit extra gratiam, cum in gratia summis uiribus pugnet con-

Error mani festus scholarum.

gnet contra legem; Simul credo pateat, nō modo hypocrisiā, sed & magis peccatorem fieri, collectorem illum contritionis ex peccatorum & legis intuitu.

Quin eat quisq; incor suum, & non mentiatur sibiipsi, respondeatq; mihi, An non cor suū ita inueniat, ut mallet nullā legem esse: an non odiat pœnam peccatorum esse: an non sentiat sibi placere uoluptatē, gloriam, opes, scientias: &c. Quis est qui his non afficiatur: At affectus nōne uellet non esse prohibita: Quod si quis simulet se nō multum ista curare, fateatur saltem ex parte illis affici: Si nō fatetur, non credo ei prorsus, cum oēs sancti id querantur de seipsis, & has repugnantes leges membrorū assidue accusent. Quid ergo, cōtra propriū sensum & uitalem pulsum experientia, fingimus amorē naturalem legis, & odiū peccati, quo prœparetur homo ad gratiā, cum ista sint non in corde nata, sed natātia sicut spuma & per uim extorta, sub quibus alitur eo fœdius & maius odium legis, quo fortius simulat odiū peccati. Horū certe impiorū est illa uiolenta consciētta, quā Paulus cauterisatā uocat, ad Timoth. 1.

Experientia
piorū attestatur.

Cauterisata
conscientia.

Vnde ergo sentio & doceo perniciosum esse genus docendi, quo, intuitu pœnarū, premiorum, peccatorū, docentur pœnitere. His em̄ doctrinis coercentur quidem ab opere, & cauterisatā uiolentamq; formant sibi conscientiā seu bonū propositum, & maiore malo occultū illū affectū cōtempnæ legis & amatī peccati, nuncq; intelligūt, nec obseruant, immo ijs studijs occultant, contenti satisfacisse istis impijs dogmatibus operum, quibus tamen si libere loqui concedas, statim dicent, se non ex animo pœnitere, & nisi lex infernusq; esset, toto impetu malle explere mala sua, p̄sertim tentati. Quanto ergo rectius sane docerētur, istum affectum capitalem, pessimū, occultum, agnoscere, & donec ab amore legis inciperent pœnitere, sese hypocritas esse

Nota

Ee se sci

ARTICVLORVM DAMNATORVM

se scirent, & nihil de hypocrisis tali præsumerent, immo super ea magis quàm super peccatis, quorum intuitu fictum istud dolorem coegerunt, dolerent.

Indurati se/
cuius urgeant
ad poenitentiam
quàm prius.

Indurati quomodo conuertuntur

Admitto sane, crassos illos & induratos impios, qui non dum conscientias habent, terroribus illis, sicut seruos indomitos, urgeri ad poenitentiam, sicut Magistratus gladio coercet sceleratos. Sed ubi conscientia sunt, ibi certe instituenda sunt, ut a Christo primùm incipiatur, & in misericordiam eius credentes vitam mutent. Tum enim primùm poenitentia uera incipit quoniam ex amore fluit, sicut & ipsi dicunt. Tunc non amore commodi, nec timore poenae, sed affectu solius iustitiae peccata colligunt & ponderabunt, ut haec fufius in sermone de poenitentia dixi. Quoniam enim de poenitentia docemus, eam docere debemus, qua fiant Christiani ex corde poenitentes, quod non facimus nisi fide doceamus omnium primo eos qui peccata sua sentiunt, ne praeventa stulta operum opinione incipiant salutem a seipsis operantibus & currentibus, & non a misereunte deo. Aliud enim est genus docendi induratos illos, ferreas ceruices & areas frontes, ab externis saltem peccatis coercere, etiam si corde inuito, & coerceri odiente, peiores in semet ipsis fiant, minus tamen nocebunt alijs.

Poenitentia
quomodo docenda.

Notatu dignum.

SEPTIMVS.

Verissimū est enim prouerbiū, & omni doctrina de Contritionibus hucusque data, praestantius, quo dicitur, Optima poenitentia noua uita.

Prouerbia
hominum
uerissima.

In omnibus hominum uerbis, nihil uerius est cõibus prouerbis, adeo ut & scriptura sancta saepius prouerbia tanquam uerissima citet. Quocirca mirum quid illis acciderit, ut contra omnium sensum & sententiam audeant damnare, & mea non sit ista sententia, unde & defendendam eam relinquo omnibus. Ego autem defendo quod addidi, quo ostendi, id prouerbij

MAR. LVTHERI ASSERTIO

hij cum scriptura conuenire, ubi Paulus Gala. vj. dicit: In Christo enim Iesu neq; circūcisio, neq; præputium aliquid ualeat, sed noua creatura. Hanc sententiã debuerãt damnare, quo stabiliuĩ prouerbiũ, dum me uoluerunt damnare; Plane enim hic apostolus docet, omnia uana esse, nisi si mus noua creatura in Christo; At pœnitentiã, quę sine amore iustitię agitur, uetas adhuc est creatura, non plus ualens q̄ circūcisio aut præputium. Nam & Paulus cū conuertitur luce subita circūfusus, eodem momento charitate indutus est, dicens, Domine quid me uis facere? Hęc uerba non dicit pœnitentiã seruili, quę potius horret, & fugit a facie domini, sicut Iudas Scarioth, Charitas sola dicit, Domine quid me uis facere?

Contritio
quid.

Nota

Sis ergo certus, simul dum cõteritur, simul & gratia infunditur, & in medio terrore diligit iustitiã, si uere pœnitet, sin autem non simul diligit, non uere pœnitet. Probati enim sapientius infusionem gratię fieri cum magna animi concussione. Sicut beata uirgo ad ingressum angeliturbata est, & hac ipsa turbatione ad summũ amorẽ uirginitatis impulsã est; Neq; em̄ uehemẽtius unq; amauit uirginitatẽ, q̄ hac hora, in qua uiri personã solitaria intuens, metuit uolentiã castitatis; Ita peccator dũ uirtute dei compungit & uisitatur p̄ gratiã, uehemẽter cõcutitur, atq; hac ipsa concussione ad odiũ peccati & amorẽ iustitię rapitur. At qui sua uel legis solius uirtute pœnitet, cõcutitur quidẽ sed fingit odiũ peccati, quia stat sententiã, Virtus peccati, lex. Nollet em̄ sic concuti, multo magis ij fingunt, qui sine cõmõtionẽ solis cogitatioibus frigidis peccata recogitãt.

Ex infusione
gratię concu
titur animũ.

OCTAVVS.

Nullo modo præsumas confiteri uenialia peccata, sed nec oĩa mortalia, quia impossibile est ut oĩa
Ee ij mortalia

ARTICVLORVM DAMNATORVM

mortalia cognoscas, unde in primitiua Ecclesia solū manifeste mortalia confitebantur.

De uenaliū
confessione.

Velim doceri, quibus rationibus aut causis ista sint falsa & damnanda, ego cogitare non possum, cur falsa esse arbitrentur. Dic mihi, ubi est præceptum de uenialibus confitendis sacerdoti? Nonne ipsimet dicunt oēs unanimiter, Venialia nō pertinere ad confessionē? Cur ergo sua propria damnāt ppter me? Deinde cū fere peccemus sine intermissione uenialiter, quis erit finis & modus cōfitendi? An illud e Decretis adducēt c. Ois utriusq; sexus, ubi præcipiē cunctis fidelibus, ut semel in anno oīmsuorū peccatorū faciānt confessionē? At quis p omnia peccata etiā uenialia intelligit? Aut quo iure? qua scripturæ autoritate Papa præcipere potest, uenialia ad confessionē pertinere? Vide ergo mirabiles dānatores, de sola uoluntate sua præsumētes omniū omnibus, etiā suis ipsorū sententijs contradicere.

De confessio
mortalium.

Iam impossibile esse, ut omnia mortalia cognoscas, euidētissimū est ex psal. xviiij. Delicta quis intelligit? ab occultis meis munda me. Cur hūc pphetā non damnant excuius ore mea uerba fluūt & pendent? qui & psal. septimo titulū fecit, pro ignorantia sua, in quo nō nisi pro occulto & ignorato sibi peccato precatur. Idē rursus psal. cxliij. Nō intres in iudiciū cū seruo tuo, quia nō iustificabitur in cōspectu tuo omīs uiuens. Nec potest hic dici, delicta occulta esse uenialia, cum non iustificari hoc ipsum sit mortale & damnabile. Si ergo sancti habent mortalia peccata, que ignorant, propter quæ damnarentur, nisi humili & generali confessione præuenirēt misericordiā dei ignoscentem, quid nos audemus tribuere impijs pœnitentibus ante gratiam, ut omnia possint cognoscere?

Nō iustificari
mortale est

O cæcitas deploranda. Nonne Christus prædixit impios adeo cecos esse, ut etiam occidendo apostolos arbitrentur

tūr sese obsequiū præstare deo? Et quomodo ij peccata sua
 mortalia cognoscent? Quomodo Paulus ea cognouit spi
 rans cædis & minarum, cū tamen omnia faceret, quæ nos
 fet & posset, adeo ut sine querela sese conuersatum testē
 in iudaismo? Quasi uero etiā nunc non uideamus quosdā
 impensissime bonis intendere uitæ studijs, & tamē grauis
 sime errare, & (sicut Paulus de Iudæis dicit) Zelum dei ha
 bent, sectando iustitiam, & tamen ad iustitiam non perue
 niendo. Væ nobis, qui nobis de luce placemus, & has te
 nebras lucem appellamus, & homines securos facimus ex
 tincto dei timore. Sancti gratia illuminati, ignorare sese
 confitentur delicta sua, & nos horum scientiam tribuim⁹
 ijs qui sancti non sunt, & ante gratiam pœnitent, seu poti⁹
 us pœnitentiam fingunt.

Studiosi bo
 norum errāt
 etiā & pec
 cant.

Fuisse autem in primitiua Ecclesia solū manifeste mor
 talia confessionibus tractata, satis probant Epistolæ Pau
 li, patrū scripta, & historiae, quas si Bulla tam impudēter da
 mnare audeat, suo Genio digna facit. Ego de his mortalib⁹
 locutus sum, quæ aut alijs, aut sibi manifesta sunt, ut satis
 in propositionibus & dictis meis patet, Bulla autem insidi
 ose loquitur, ac si de solis publicis, omnium sensu cogni
 tis, fuerim locutus.

NONVS

Dum uolumus omnia pure confiteri, nihil aliud
 facimus, quā quod misericordiæ dei nihil uolumus
 relinquere ignoscendum.

Sed eant, quæso, bullares isti pœnitentes, & omnia pure
 confiteantur, nihilq; relinquāt ignoscendū diuinæ miseri
 cordiæ, & respondeant mihi, quando sint pacē consciētiæ
 habituri, & qua uia iudiciū dei sint euasuri: faciantq; Da
 uid mendacē, ubi dicit: Non intres in iudiciū cū seruo tuo.

Ca q; sub testam.

Et iij Et

ARTICVLORVM DAMNATORVM

*Confiteri oia
impossibile.* Et iterū, Delicta quis intelligit? Currant ipsi in iudiciū, & intelligant omnia sua delicta, ut soli sint ueraces, nos libere cū Dauid mendaces illis erimus, & non posse pure oia intelligere, nec confiteri delicta constanter asseremus, ut reliqua soli misericordiae ignoscenda relinquamus, dicentes: Ab occultis meis munda me dñe. Igitur hic articulus euidenter sequitur ex præcedenti, & uerbo Dauid, Delicta quis intelligit? ideo nihil mouet, quod quid impia ista Bulla dānat de suo proprio cerebro; ista est enim carnificina cruentissima, qua hactenus tot miseræ cōsciētias torserūt, oīm & singulorū p̄ctorū discussionibus & confessionibus, cū p̄ se non habeant ne iora quidē ullius scripturæ, tyrannide propria hæc onera importabilia hominibus imponentes.

DECIMVS.

Peccata non sunt ulli remissa, nisi remittente sacerdote credat sibi remitti, immo peccatū maneret, nisi remissum crederet, Non enim sufficit remissio peccati & gratiæ donatio, sed oportet etiam credere esse remissum.

Ex istius articuli dānatione sequitur Primo, quod confessurus non debet credere, sese absolutū, aut remitti sibi peccatū, ac p̄ hoc licebit in faciē sacerdotis dicere absoluētis, Tu mentiris, non absoluo a te, nec remittuntur mihi peccata. Secundo, quod Christus sit mentitus, ubi dixit, Quodcūq; solueris solutū est, immo Christus hoc uerbo hæretic⁹ est, quia hæc Bulla inclyta mandat, ne quis credat sese absolutū esse, dū absoluitur in uirtute uerborū Christi, O furor inauditus.

Ego autē mea sic probauī, Quod Christus Mariā Magdale/nā absoluit, p̄pter fidē, sicut dicit, Fides tua te saluam fecit, uade in pace. Et ad paralyticū anteq̄ eū absolueret, dixit: Confide

Maria de fide

MAR. LVTHERI ASSERTIO. 3

Confide fili remittuntur tibi peccata tua. Ita cū in omī ab-
solutione peccatoris proferatur sentētia diuina, necessario *Fides neces-*
requiritur fides, quæ credat huic sentētia, sine qua frustra *saria.*
nea est absolutio, & tota pœnitētia; Præsens autem fides
sola satis est ad iustitiam & pacem cordis, sicut enim credi-
mus, sic fiet nobis. Corde autem creditur ad iustitiam, Ro-
ma. decimo. Nec fingere potuissē, nedum credere, dra-
conem infernalem tantæ impudentiæ esse in Ecclesia dei,
ut hæc auderet sonare.

VNDECIMVS.

Nullō modo confidas te absolui propter tuā cō-
tritionē, sed propter uerbū Christi, Quodcunq; sol-
ueris. Hic inquam confide, si sacerdotis obtinueris
absolutionē, & crede fortiter te absolutū, & absolu-
tus eris, quicquid sit de contritione.

Vide quæso, ut hic nos Bulla doceat sup arenā ædificare
& abiecta fide, sup cōtritionē opus hoīs plusq; sup uerbū
dei confidere. Fluit autē hic articulus ex præcedente. Quia
uerbū Christi, Quodcunq; solueris, fidē exigit pœnitētis, ut
satis claret, cū sit uerbū promissionis, ideo sine fide impleri
nō pōt. Et satis dictū ē art. i. q. sola fides iustificet & tollat
peccata, sicut Act. xv. dicit Petrus: Fide purificās corda eo-
rū, & Hiere. v. Dñe oculi tui respiciūt fidē. Iā & psal. xxiii.
docet, nō propter ullū opus nostrū, nedū ppter cōtritionē
remitti peccata, dicēs: Propter nomē tuū dñe ppitiaberis
peccato meo, multū est em. Et Ro. v. Iustificati ergo gratis
p fidē pacē habemus, Ecce gratis & sola fide iustificamur,
& pacē, id est, remissionē peccatorum habemus.

Quare adhuc dico, Caue caue frater christiane, ne unq; *Contritio nō*
super tua contritione confidas, nō huic, sed fidei tuæ pro- *sufficit.*
misit

ARTICVLORVM DAMNATORVM

misit deus remissionē peccatorū. Duo em̄ sunt uerba dei; alterū est præceptū, alterū promissio: præceptū opera, promissio fidē exigīt, nec est cogitabile, quōd promissio impleri sine fide per opus quocūq; possit.

DVODECIMVS.

Si per impossibile confessus nō esset cōtritus, a ut sacerdos nō serio sed ioco absolueret, si tamē credat sese absolutū, uerissime est absolutus.

Et hic fluit ex præcedentibus. Nā fides (ut dixi) exigitur in pmissiōis diuinæ uerbo, quod, quocūq; modo audiāt, si fide suscipiūt, iustificat. Et quid mirū, si ioco prolatum & creditū iustificet, qm̄ apostolus Philp. pri. gaudeat & gloriatur, q; uerbū dei per inuidiā & contentionē prædicatur; utiq; q; credentes salui fiant per uerbū, etiā ab inuidis & accusatoribus, non nisi ad opprimendū ipsum annunciatū. Adeo tota uis sita est, nō in ministro uerbi, sed in corde audientis & credentis. Verū nostri adulatores malunt remissionem peccatorū tribuere potestati ministrorū, ut in se confidamus, q̄ fidei, qua in dei uerbū credamus, ideo ut se nobis idola faciant, & adeo uiuo auertant, damnant fidē uerbi dei, & suam statuunt potestatem.

nota errorē

Fides nō est sine contritione.

Dixi autem, per impossibile, quia satis supra dictum est fidem sine contritione esse non posse, cum gratia non infundatur nisi cum magna concussione animæ. Volui em̄ fidei uirtutem declarare, & commendare q̄ sola faciat ad remissionem peccatorum, & iustificationē pacis. Quod dico, ne quis me putet contritionem seu turbationem illā cordis, in cognitione peccatorum suscitata, negare. Volo eam, sed dico eam non operari iustificationem, aut remissionem peccatorum: Fides enim in uerbum dei iustificat & purgat.

Tertiusde

In sacramento poenitentiae ac remissione culpae non plus facit Papa, Episcopus, quam infimus sacerdos, immo ubi non est sacerdos, aequè tantum quilibet Christianus, etiã si mulier aut puer esset.

Cum ex prædictis pateat, quod non potestas ministri, sed fides poenitentis remissionem peccatorum operetur, uelim doceri ab istis Bullensibus, quomodo plus Papa faciat quam quilibet sacerdos, cum fidem ipse aequè non præstare possit ac quilibet sacerdos, nec alio uerbo absoluat, quam illo: Quodcumque solueris &c. quo omnis sacerdos absoluit. Si ergo idem uerbum, eadem fides utrobique, quæ est differentia illorum. At casus reseruari hic Papæ plus tribuunt. At illi hominum statutis inuenti, non Euangelico mandato positi sunt, nec ad remissionem culpæ, sed ad remissionem poenæ tantum ualent, ut patet: Poenitens enim ac credens iustus est, licet nondum satisfecerit reseruatori casuum, hoc est, tyranno uiolento conscientiarum, qui reseruandi nullum ius unquam habuit.

Respondeant autem, an Papa aliud sacramentum poenitentiae habeat quam tota Ecclesia. Si idem est ubique sacramentum, & idem ab omnibus suscipitur & datur, quid præcæteris amplius facit in eo Papa. An forte & aliud baptismus. & aliam missam habet quam omnes alij Christiani. Si ergo una fides, unum baptismus, unus panis, unus calix, unus dominus in tota Ecclesia, cur non una poenitentia, una remissio peccatorum. An hoc solum sacramentum diuersum, & monstruosa diuersitate aliud & aliud pro locorum & personarum diuersitate habetur. Valeant impia ista draconis antiqui uoces.

Quod autem absente sacerdote, etiam puer aut mulier, F f & quilibet

*Nota tamen ista
quod quidam reseruari
missa sunt si poenitentia
quia diligenti...*

Casus reseruari Papæ.

Idem sacramentum nobis & Papæ.

pobatio

Idem sacerdos...

ARTICVLORVM DAMNATORVM

& quislibet Christianus absolvere potest Mat. xvij. clare patet, ubi Christus oibus Christianis, dicit: Quodcumq; solueritis super terram solutum erit in coelis. Hanc inuictam autoritatem non mihi subuertent. Qui enim baptizatus est, spiritum Christi habet, ubi autē spiritus Christi, ibi omnium potestas & libertas.

QVARTVS DECIVS

Nullus debet sacerdoti responderē se esse contritum, nec sacerdos requirere.

Hoc ideo dixi, quia in iudicio dei hæc res cōsistit. Dicit enim Paulus, j. Cor. iij. Nihil mihi cōsciū sum, sed non in hoc iustificatus sum. Et. x. Non qui seipsum commendat ille probatus est. Et supra dictum est: Delicta quis intelligit? Si ergo deberet homo respōdere se esse cōtritum, cogere ad hoc impossibile, ut delicta sua intelligeret, & seipsum iustificaret ac probaret. Nūc autem in misericordia dei situm est, quæ contritionē propter fidem acceptat, ignoscens ubi non satisfuerit. Sic enim fides faciat, ut contritio, quæ de se nulla est satis, nec cōtritio quidem, pro cōtritioe reputetur. Non enim cōtritio, sed fides reputatur ad iusticiam, Ro. iij. At isti seductores data opera uolunt nos super nostrū opus ædificare, & ad mēdaciū cogere. Cum enim nemo sua peccata agnoscat, quomodo potest sese uere contritum asserere? Immo cum in primo articulo dictum sit, omnes sanctos adhuc in carne peccare & peccato seruire, tutius fuerit cum Dauid dicere: Non intres in iudiciū cum seruo tuo domine, & confiteri se nō esse digne contritum ac pro hoc ipso gemere, quod resistente sibi lege peccati in membris, cōteri digne nō possit, ut ad misericordiæ promissionem per fidē confugiat & hac ip̄a fide impetret, quod contritione impetrare nō potest.

Conteri digne non possumus.

Fidem sacerdos exigat.

Igitur fidem potius exigat sacerdos, & hanc asserat penitens

nitens, dicendo: Ego credo. Fidem autem certissime sentire potest, in corde si eam habet, ut Augustinus dicit, Et Paulus. ij. Corinth. ult. Vosmetipsos tentate si estis in fide, ipsi uos probate: An non cognoscitis uosmetipsos? quia Christus Iesus in uobis est, nisi forte reprobi sitis. Ecce scriptura docet fidem sentire, & tamen negat omnia peccata intelligi, ac per hoc fidei tutius quam contritioni innitendum sit.

Fides sentit.

QVINTVSDECIMVS.

Magnus error est eorum, qui ad sacramentum Eucharistiæ accedunt, huic innixi, quod sint confessi, quod non sint sibi conscij alicuius peccati mortalis, quod præmiserint orationes suas & præparatoria, omnes illi iudicium sibi manducant & bibunt. Sed si credant & confidant se gratiam ibi consecuturos, hæc sola fides facit eos puros & dignos.

Nota errores

Hic Paulus stat pro me, dicens: Nihil mihi conscius sum, sed non in hoc iustificatus sum, Ecce omnia reijcit, nisi fidem solam, de qua dicit Rom. ij. Iustificatus eum qui est ex fide. Quare adhuc dico, si fidem excludas, omnia quæ facis deceptio nes sunt & peccata, Ro. xiiij. Omne quod non est ex fide peccatum est. Cum enim in sacramento quolibet sit uerbum promissionis, ut superius diximus, necessario sequitur, quod non opus ullum, sed fides exigitur. Quamquam uerum sit, fidem non esse posse, sine sequentibus operibus. Verum impij illi, nos operibus, tum ante fidem, tum sine fide, magnificatis, perdere uolunt, hos tu lupos deuita. Crede primò uerbis sacramenti & hac fide purificatus, tum si libet præpara, ora & fac quæ uoles. Oportet enim accedentem ad deum credere, & sine fide impossibile est placere deo, Heb. xj. Et postulat in fide nihil hæsitans, Iacobi. j.

Fides non est sine operibus sequentibus.

uolunt comminari
per facere

Consultum uideretur, quod Ecclesia in communi Concilio statueret, laicos sub utraq; specie communicandos, nec Boemi sub utraq; specie comunicantes sunt haeretici & schismatici.

Textus Euā/
gelicus, & 16
geus usus
Ecclesiae.

Sacramētum
idē sacerdoti
bus & laicis.

Hunc articulum reuocauit libro de captiuitate Babylo nica, & iterū his scriptis reuoco & dico, Boemos & Graecos in hac parte nec haeticos nec schismaticos, sed Christianissimos & Euangelicissimos esse, quos & his uerbis oro & obtestor in domino, ut in ea sententia firmiter permaneant, cum pro se habeant expressum rextum Euangelij, & longeuum apud Graecos in hunc diem seruatum catholicum usum Ecclesiae dei, nec moueantur tyranni illius Romani & Antichristi uastatoris impijs Decretis, quibus alteram partem sacramenti per uim abstulit ijs, quibus Christus ipse donauit, qui cum sacerdotibus imperet utranq; speciem sumere, causatus unum sacramētum esse utraq; speciem, (id qd uerum est) rursus laicis unam prohibens, iterum pro libidine causatus, mendacio sibi ipsi contrario, integrum sacramētum, unam speciem esse: sic aliud sacramentum laicis, & aliud sacerdotibus partitur; sicut & poenitentiae sacramentum superius aliud Papae & aliud totius Ecclesiae sinxit.

Qui haeretici
sint.

Secundo dico, Haeticos & Schismaticos esse Papam & omnes qui Idolum hoc Romanum adorant (nisi forte laicos & rudes excuset, ignoratia, simplex fides & uiolenta huius Assur captiuitas) quia Euangelium Christi plane extinguit & suum caput sequuntur, suūq; sensum statuunt, aduersus Catholicam Ecclesiam dei, ut in multis alijs, ita & in huius sacramenti usu & sacerdotum coelibatu. Hi enī sunt haeretici & schismatici, qui terminos, quos patres

patres posuerunt, transgrediuntur, & a communi catholice Ecclesie ritu seipfos segregant, propriosq; ac novos ritus, pro mera libidine aduersus Euangelium excogitant, id quod facit & fecit Romanus ille Antichristus, nec ueretur tamen impudens & blasphemum os suum in coelum ponere, & Graecam Ecclesiam arguere schismatis, quod ipse & nullus alius coepit primus & solus.

papam sapat

Consultum itaq; mihi nunc uidetur, ut non modo per Concilium sed per quancq; diocesim, quilibet Episcopus, etiam inuito Papa, Christum secutus in Euangelio, rursus utranq; speciem laicis daret. Quamdium rogo sinimus nos illud humanis istis figmentis & statutis: An ignoramus deo magis quam hoibus esse obediendum? Christus utranq; dat populo suo, & uicarius eius alteram auferet.

Consultum iterum uolo, ut quilibet laicus, si speciem alteram impetrare non potest, uel tyrannidis huius impeditus, corde saltem toto optet, & gemat ad deum, quod nostris peccatis merentibus, digni facti sumus, quibus impij aduersarij ueritatis alteram partem sacramenti auferrent, & nos nostro sacramento spoliarent. Nam hoc ego dico, si quis sciens omittat, desiderare saltem, alteram etiam partem sacramenti, licet neutra necessaria sit, cum fides sola hic sufficiat, impium eum esse & Christum ab eo negari. Nec cauillis illorum moueatur, qui garriunt, sub pane omnia accipi: Christus etiam sciebat sub pane omnia accipi, nihilominus tamen uinum instituit, sciebat omnia sola fide percipi, & tamen sacramenta ordinauit, Quo iure seruus domini sui mutat ordinationes? Cur sacerdotes non etiam omnia sub pane accipiunt? Nonne unus panis & unum corpus sumus, omnes q; de uno pane & de uno calice participamus, ut Apostolus, j. Corint. x. docet aptissimes? At Papa laicos ab hoc uno corpore excludere conatur, dum

Qui sciens & libens alteram Eucharistiae partem omittit, impius est, Christum negat.

Paradoxi longum sunt

Ff iij non

ARTICVLORVM DAMNATORVM

non oēs de uno calice uult participare, resistēs tū Christo,
tum Paulo & uniuersae Ecclesiae dei, tm̄ ut mysteriū iniquita-
tis suae operet̄ filius ille perditionis & hō peccati.

DECIMVS SEPTIMVS.

Thesauri Ecclesiae unde Papa dat indulgentias,
non sunt merita Christi & sanctorum.

Merita xpi.

Hunc pbauit sic: Quia merita Christi sunt res uiuae spi-
rituales & sacrae, quae iustificat cor. Qui enim manducat
carnem meā & bibit sanguinem meum, uiuet in aeternum.
Verba & opera Christi omnibus sunt salutaria ad uitam,
quicumque ea apprehenderint, nec possunt nisi fide appre-
hendi, ideo nec ullus hominum habet ea in potestate sua,
nisi solus ipse, indulgentiae autem sunt remissiones satisfac-
tionis, quae nihil faciunt ad iustificationem, ideo insignis
est blasphemia, merita Christi in hoc fordidi opus mor-
tis ponere. Praeter haec, nullis scripturis sua probant, sed
sola impia illa extrauagante Cle. vj. ex opinionibus Tho-
mae insulsiſſimis & meris figmentis concepta.

nota Indulgentie.

Ad haec, merita Christi sunt necessaria & praeccepta habe-
ri, sicut & fides, sic, j. Corint. j. dicit, nobis Christū esse dei
uirtutem & dei sapiētiam, & Ro. v. nos in solo sanguine
eius iustificari, & Ro. iij. ipsum positum in propitiatori-
um in sanguine suo. Sed indulgentiae nec necessariae nec
praecceptae sunt, sicut nec fidem habent, ideo nihil faciunt
ad salutem prorsus.

Merita xpi
accipiunt uarie.

Quod uero dicunt, merita Christi accipi dupliciter, uno
modo per modum satisfactionis, alio per modum iustifi-
cationis. Respondeo, Quid mihi & istis figmentis? scio
merita Christi etiam accipi hodie per modum pecuniae;
Et in quo scelerum abusu nō praetextuntur hodie merita
Christi? Hac fingendi libidine quiduis e quouis facere li-
cebit

MAR. LVTHERI ASSERTIO:

cebit, etiã deum ex ipso Satana, quod & faciunt atque fecerunt impij isti indulgenarij adultores.

DECIMVS OCTAVVS.

Indulgentiæ sunt piæ fraudes fidelium & remissiones bonorum operum. Et sunt de numero eorum quæ licent, & non de numero eorum quæ expediunt.

Erravi fateor, ubi dixi, Indulgentias esse piæ fraudes fidelium, sic enim a multis prouerbio dici audieram, quos tunc imitabar. Reuoco ergo & dico, Indulgentias esse impijssimas sceleratissimorum pontificum fraudes & imposturas, quibus & res & animas fidelium fallunt & perdunt. Sed & hanc propositionem cum præcedente & quatuor sequentibus reuocaui libro de captiuitate Babylonica.

Probaui enim superius satisfactionem aut nullam requiri a deo, aut prorsus irremissibilem esse ab homine quã requisierit, ideo indulgentias istas prorsus nihil esse. Sic enim Adæ & Heuæ omnibusq; nobis imposuit laborem & mortem, sic occidit & percussit multos in scriptura sancta, pro peccatis: Sed & psalmo. lxxxviiij. dicit: Si peccauerint, uisitabo in uirga iniquitates eorum. Ideo merum figmentum est, quicquid de indulgentijs dictum & creditum est, non enim Papa potest hoc uerbum dei tollere. Damnant ergo psalmum istum, tum credam indulgentias aliquid esse. Sed & Heb. xij. docet Paulus, nos a deo patre disciplinari, &, j. Corinth. xj. iudicari & corripri a domino, ne damnemur. At sanctissimus ille uicarius dei in terris docet se posse tollere & remittere quæ deus imponit, tam pulchre contenit cum principe & rege suo, sicut Belial cum Christo.

Si tamen

Indulgentiæ
quid sint.

1. diu probat. est

a quo dicitur

Ex hoc subdit. dicitur
per dicitur dicitur
in illis

ARTICVLORVM DAMNATORVM

notu satisfactio
nes. *pro*

Si tamen aliquid essent indulgentiæ, quid aliud quam remissiones bonorum operum essent? Nonne remittunt satisfactiones? Quid autem sunt satisfactiones, nisi bona opera, bonæque passionis: ut etiam hac ratione pestilentio res fuerint indulgentiæ, si aliquid essent, quam nunc dum nihil sunt. Quæ fraus sceleratior, quam hominibus bona opera remittere, & licentiam dare pigritadi sub specie pietatis, ad pecunias tantum exogendas?

simul omni
leges homi

Rouoco etiam quod dixi eas esse de numero eorum quæ licent: Hoc enim uerum esset, si aliquid essent, quia quod non est præceptum, nec consultum, prorsus nec expedit nec necessarium est, sed mere licitum & arbitrarium, at tales essent indulgentiæ. Nunc autem dico, eas esse de numero eorum, quæ fallunt & perdunt, cum sint nihil nisi fraudes sceleratorum sanguisugarum populi dei.

DECIMVS NONVS.

Indulgentiæ his qui ueraciter eas cõsequuntur non ualēt ad remissionem poenæ pro peccatis actua libus debitiæ apud diuinam iusticiam.

VICESIMVS.

Seducuntur credētes indulgentias esse salutare & ad fructum spiritus utiles.

VICESIMVS PRIMVS.

Indulgentiæ necessariæ sunt solum publicis criminibus & proprie conceduntur duris solummodo & impacientibus.

VICESIMVS SECVNDVS.

Indulgentiæ qd
pro

Sex generibus hominum, indulgentiæ nec sunt necessariæ nec utiles, uidelicet mortuis seu morituris.

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

ris, infirmis, legitime impeditis, his qui non commiserunt crimina, his qui crimina commiserunt sed non publica, his qui meliora operantur.

Has propositiones, ut dixi, reuocaui antea, rogauitque, & adhuc rogo, oēs, tum bibliopulos, tum lectores, ut ea quae de indulgentiis disputata & scripta a me sunt, exurant, ne sciebam enim tum, cum ea laborarem, Papam esse Antichristum, qui his & similibus operatiōibus erroris, Satana imperante, orbem perderet Christianum. Fixa est sententia diuina, psal. lxxxviii. Visitabo in uirga iniquitates eorū, qua, indulgentiā, quae uirgam iniquitates uisitantem impiissime praesumunt remittere, funditus subuertuntur, & nihil nisi inane nomen esse monstratur. Nec curanda hominum reproborum distinctio de cerebro suo conficta, de poenis medicatiuis & satisfactoriis: Verba psalmi clare docent, peccata & iniquitates uirga uisitari, Et nemo nisi infans potest negare, uirgam illam esse poenam pro peccatis inflictam, siue hanc satisfactionis, siue alterius negotij dixeris. Non ergo credas, etiam si angelus de caelo aliud docuerit contra tam manifestā scripturā, nedum si Draco blasphemus de curia Rhomana aliud fremat, Non remittet homo aut tollet uisitacionem huius uirgae.

Reuocatio
Lutheti.

*In indulgentia uirga
iniquitates*

Summa

VICESIMVSTERTIVS.

Excōicationes sunt tñ poenae externae, nec priuāt hominē cōmunibus spūalibus Ecclesiae orōnibus.

Hāc satis firmiter probaui in sermone de excōicatione, etiā per ipsoꝝ uerba, ubi Papa dicit (lib. vj. de sen. excom.) Medicinalē, & non mortalē, non eradicantem esse excommunicationē. At si priuaret spūalibus cōmunibus bonis, certe mortalis esset, quia animā separaret a deo. Ego aut̄ fortioribus nixus sum, quia in potestate hominis

Gg non

ARTICVLORVM DAMNATORVM

non est, ut quis credat, uel non credat: Sola autem fides uel incredulitas copulat uel separat animā Ecclesiae dei, sicut Christus dicit Marci ult. Qui crediderit saluus erit, qui nō crediderit cōdemnabitur. Nullus est fere articulum, qui manifestior sit ueritatis, q̄ iste, ut ego non possim satis laudare diuinā p̄uidentiā, quæ draconē istū antiquū cum Papa & rabidis papistis suis, sic excacauit, ut in tā claram ueritatē etiam a seipsis statutā impingerēt, qua uel una cæcitate, totius huius Bullæ autoritatem non modo mihi, sed toti orbī merito contemptam reddiderunt.

Manifestissimā ueritatis articulus.

VICESIMVS QVARTVS.

Docendi sunt Christiani plus diligere excommunicationem quā timere.

Probat, quia ipse Papa dicit eam esse medicinalē non mortalem, sed disciplinantem: Sed id quod medicinale & uitificans est, nemo debet timere, nisi ij qui hanc Bullā cōposuerunt, furiosi scilicet, qui medicinā & uitā timere & non amare docent, immo amari damnant, & timeri mandant. Neq̄ enim ipsos furiosos uideas sic a cōi sensu omnium rerū abhorre, ut uitalia & medicinalia timenda censeant. Verum digna Bulla suis autoribus. Quis non superbiat damnatus ab his perditis & miseris hominibus?

Superbus Lutherus.

VICESIMVS QVINTVS.

Romanus Pontifex Petri successor, non est Christi uicarius super omnes totius mundi Ecclesias ab ipso Christo in beato Petro institutus,

Hunc facillime probo p̄ experientiā. Nunq̄ em̄ fuit super omnes Ecclesias totius mundi Rom. pontifex, sed neq̄ adhuc est, neq̄ unq̄ in futurū erit, ut spero. Quid ergo necesse est, multis in hac re digladiari, cū ipse oim̄ sensus nobis

Manifestissimā ueritatis articulus.

Redditur enormiter pomu

nobis ostēdat rei ueritatē: Neq̄ em̄ sup̄ ecclesias Græciæ, Indiæ, Persid̄is, Aegypti, & Affricæ, unq̄ fuit, neq̄ adhuc est, quod cū magna querela & dolore consententur ipsimet, frustra tā multis studijs in hanc rem consumptis.

Sed dicent, de iure non de facto loquimur, & nō quid faciāt, sed quid facere deberent Ecclesiæ illæ rebelles quærimus. Respondeo, hoc pro me facit, Si em̄ iure diuino institutus esset hic primat⁹, esset sine dubio aliqui impletus, cū non prætereat a lege dei unū iota quod non impleatur, etiā portis inferi non præualentibus contrariū, & omnia quæ deus præcepit, sunt ab aliquibus saltē impleta, & quæ promisit sunt simpliciter & semper & ubiq̄ impleta: At primatus iste, ne una quidē hora impletus est unq̄: Impossibile aut̄ fuisse eū non impleri, si uel præceptus uel, p̄missus fuisset. Eligant ergo quod uolunt; deus primatū Petri instituit ac promisit, & nunq̄ impleuit: Ergo mentitus est. Si non mentitus est, nunq̄ instituit, neq̄ promisit. Hanc ratiunculam neq̄ soluunt neq̄ soluent unq̄ omnes Papiſtæ in unum cahos confusi.

Præterea quid non audeant præsumere, qui primatum tribuunt Ro. Episcopo, si non mouentur, insuperabili & a seipsis confesso argumento: Q̄ omnes apostoli æquales fuerunt Petro, & nullum eorum ipse elegit, fecit, cōfirmavit, misit, aut aliquid mandauit: Quid em̄ facerent si semel missum aliquē a Petro possent ostendere, sicut nos ostendimus Petrum ab alijs missum: Act. viij.

Primatus p̄
p̄ & æqualitas
apostolorum.

Miser ille homo Ro. Episcopus suam ecclesiam Romanam neq̄ regit, neq̄ pascit, sed neq̄ potest: Deinde, Curia suam omnium scelerum lernam etiam nutrit ac fouet, & totius orbis Ecclesiis sibi arrogat ad regendum: Immo nec suam personam regere iam a multis seculis potuit. Tam grassas, tenebras temeritatis adhuc non palpamus.

Gg ij Ethæc

Et hæc fragmenta uerborū incompositissima adhuc admittimus, uere credentes eum uere pascere ac regere uelle aut posse omnes ecclesias, qui suam proximā etiam uastat: Lupus in suo ouili, pastor erit in alienis?

**Primatu papæ orbis care
re potest.** Vnū hoc ego admiror, Cur totus orbis hoc primatu carere nō possit, cuius opus & officium nunquā sensit, nec unquā sentire potest? Quid em̄ principatus sine opere, immo contrario opere? Si ecclesia stat sine illius ope & officio, etiā si

**Ecclesia nūc
acephala.**

ne ipso primatu stabit, & sine dubio melius stabit, perinde em̄ est ac si nullus sit, cuius opus & officium nullū est. Quid ergo garrūt miseri, Papatū esse oportere, ad regendā ecclesiam uniuersalē, ne sit acephala? quā regit ab illo? Nō est acephala, quā capitis sui neque motū neque sensum, immo cōtrarium experitur: Væ maledictis illis figmentis, quibus tot animas fallūt & pdunt, dicētes, caput caput ecclesie, cū nullū sit capitis uspiā indicium. Quod uere dixit Petrus (ij. Pe. ij.) Et factis uerbis in auaritia de uobis negociabuntur.

Tamen quo magis pateat opatio Satanæ in errore isto, uideamus quibus uerborū fallacijs & figmentis eū primatū probauerint. Primū adducunt illud Math. xvi. Tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo ecclesiam meam, & portæ inferi nō praualebūt aduersus eam, & Tibi dabo clauēs regni cœlorū. Quodcunquē ligaueris super terram &c.

**Petra id est
monarchia.**

Hic per petram intelligūt, potestatem Petri seu Papæ monarchiam illam, super quam ædificari uolunt totā ecclesiam, id est, Ecclesiam subijci huic potestati. Hæc adulteratio & deprauiatio huius uerbi Christi, & impiissima & intollerabilis est. Quod euidenter monstrabo in hunc modum: Christus dicit, quod portæ inferi non sint praualituræ unquā aduersus hanc siue petram siue Ecclesiam super petram ædificatā (Nihil em̄ refert, siue aduersus petram, siue aduersus Ecclesiam nō praualere intelligatur, immo periculosius est aduersus petram

*8 sua potestate pro
papa*

tram q̄ aduersus Ecclesiā praualeſe illas, cū ruente petra, Ecclesiā super petrā sitam necesse quoq̄ sit rueri, nō aut̄ econtra) Cum aut̄ nemo possit negare, Papam, & omnem potestātē eius, sapius fuisse una cū his qui sub eo etiā pertinacissime agunt, sub peccato & impietate, pessimoq̄ abusu, ac per hoc portas inferi horribiliter in eos praualuisse, eosq̄ occupauerint, maxieq̄ in hodiernā diē possideāt, cū hodie non seruiat ea potestas, nisi ad uastationē Ecclesiæ, ut omnium sensus cognoscit; manifestum est, petram aliquid quippiam significare, q̄ potestatem illam portis inferi tam horribiliter subiectam & seruientem.

Quare impiam & intolerabilē blasphemiam esse dico, per petrā, qua solus Christus, id est, uerbū & fides eius insuperabilis, significatur, intelligere potestātē illā monarchicam Satanæ seruā & officinā. Sola em̄ fides in Christū est, quæ nullis inferi portis ad ullū peccatū potest subuerti. Patet ergo q̄ insigni blasphemiam multi pontifices in suis Decretis petrā detorserint ad suā potentiā, & uerbū, ædificare, ad Ecclesiæ externā subiectionē. Si em̄ ædificantur super petrā, qui Papæ Monarchicā colunt, necesse est, ut portæ inferi nihil in eos possint: Cum uero portæ inferi in nullos homines plus possint q̄ in eos, qui religiosissime Papæ subiecti sunt (sunt enim omnium, quod uidemus, sceleratissimi & impijissimi omnium demonū, & uitiorū serui) patet q̄ nihil minus potestas illa sit q̄ petra ista, & illi nihil minus sint, q̄ ædificati super hanc petram.

Adeste ergo huc, Papa & oēs Papistæ in unum conflante studia uestra omnia in unum, si forte possitis hoc uinculum dissoluere. Saltē hæc autoritas contra uos euicta triumphatq̄ est: Nonne hæc autoritas hactenus fuit uestrū unicū præsidium? Nonne per omnia Decreta iactata ceu rupes inuicta huius potestatis? Prorsus in nullo alio uerbo

Gg ij uobis

Portæ inferi
sepe praualu
erunt aduersus
pontifices
Rhom.

Petra christus
est, uerbū &
fides eius in
superabilis /

In papistas.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

uobis credimus, donec hoc mendaciū & hanc blasphemā dilueritis, Suspecti in quā eritis in omnibus alijs, semel deprehensi in tā crassa temeritate deprauandi uerbi dei, **Mitius sane errassetis**, si per petrā intellexissetis sanctū Petrū, quē aliquot S. patres fundamentū ecclesiarū, sed propter fidē ei⁹, non propter potentiam externā dixerunt. Non em̄ idem est, Sanctus Petrus propter fidē uerbi Christi, & potestas Papæ sine fide & uerbo, superabilis per portas inferi. Q. si etiam aliquot patres in sententiā uestra habeatis, frustra eos iactatis, Quia nos clarū Euangelij sensum habemus merito omnibus præferendū. Atq; ne alienis uirtutibus gloriemur, Ioannis Hufs iniquissime a uobis combusti, hæc est uictoria in hoc uerbo Christi, immo ipsius christi, ob quē ille exustus est, non em̄ ex meo capite, sed ex illius libro de Ecclesia scripto, & a uobis damnato, hæc habeo.

Notate papam
sic.

Ioānes Hufs

Nuncia papa amf...

Alteram quoq; afferunt autoritatē Iō. ult. Dixit Iesus Petro: Simon amas me? pascere oues meas &c. Hic uolunt oēs oues Petro & Papæ cōmissas, iterū solita impietate uerbum Christi figmentis suis adulterantes. Christus em̄ amare & pascere exegit; Illi uero impudēter, contra os, Christi dicunt non esse necessarium amorē pastori, cū potestas sit ferenda etiā si in malo sit usū, & non amet. Deinde uerbum, pascere, ueneno suę glossæ exponunt, pro eo quod est præfidere & superiorem esse. Et sic uerbum Christi extinguunt & contrarium sensum sub eodē proponunt.

Pascere .i. superiorē esse.

Dico ergo, Si potestas mala est ferenda, hoc non doceat a Christo in hoc uerbo. Hic non nisi amans Christi Petrus requiritur, qui si amans Christi non fuerit, nihil ad eū uerbum istud; Quare sequetur, & papā non esse Papā si non amat Christū, & eū qui amat, etiā si non papa sit, esse papā, si hoc uerbo papatus instituitur. Amor in quā hic instituit non potestas, quæ sine amore esse potest.

Secūdo

MAR. LVTHERI ASSERTIO

Secundo, uerbum pascere significat, non praesidere, sed
 seruire, non enim potestatis, sed seruitutis uerbu est, licet
 & hic suis torsionibus, illusionibus, & confusionibus uer/
 boru, potestate illa seruiente faciant. Veru cum pascere, sit
 Euangelium Christi praedicare & tractare, Impossibile est
 ut papatum significet, cum aliud sit, esse papam, ut uide/
 mus, & aliud Euangelij ministeriu, ut non possint ambo,
 eodem uerbo significari, nisi quomodo petra significauit
 illis, papatum & fidem Christi.

Pascere alit
 exponitur,

*Sunt
 papa*


Ecclesia sine
 papa.

Eademque ratione concludit, toties Ecclesiam sine papatu
 esse, quories papa nec amat nec pascit, id quod & uerbu est,
 Nam ubi non est uerbu dei, ibi non potest esse ecclesia, cu
 per uerbu pascatur, alatur, uiuat, & seruetur. Cu autem mul/
 tis seculis Papa nec amauerit, nec pauerit, ubi mansit pa/
 patus & Ecclesia, praesertim cu Ecclesiam sine papatu, id e
 amore & pastu esse non posse tam foriter asserat, uerum ad
 has rationes oculos & aures claudunt, qui tm si uicesimam
 partem huius roboris pro se haberent, coelum & terra cla/
 moribus replerent, cum nec sic uociferari desinant, cu ni/
 hil nisi mendacia infirmissima pro se habeant.

Nota argumt

Reliquu est ergo, Ut sicut Aug. & ipsimet sentiunt, huc
 locu Ioannis, nihil ad monarchiam, sed ad generalē omnib/
 pastoribus ecclesiarum doctrinam pertinere. Et eam eccle/
 siam, qua sub Papa regitur, quia sine amore & pastu uerbi
 dei regitur, nihil minus q̄ Ecclesiam esse: Et ipsum Papā
 nihil minus q̄ Pastorem Ecclesiae dei esse, Sed Idolum ad
 uersarium Christo & Euangelio eius. Vbi ergo nunc sta/
 bit fictitiu iste primatus, postqua duo hi loci, quibus niti/
 tur principaliter, prorsus contra eum facere conuincuntur.
 Non ego tantillum curo, q̄ longitudinem temporis, mul/
 titudinem & magnitudinem conspirantium, mihi obie/
 ctant, q̄ talibus argumentis mundus contra Apostolos
 quocq̄

Papa idollu.



ARTICVLO RVM DAMNATORVM

quoq; usus fuerit, & tñ ob hoc ueritatē Euangelij recentē,
a paucis & idiotis prædicatā redarguere non potuerunt.

VICESIMVS SEXTVS

Verbū Christi ad Petrū, Quodcūq; solueris sup
terrā &c. extēditur dūtaxat ad ligata ab ipso Petro.

Primū nego ad solū Petrū hoc Christi uerbū esse dictū,
neq; ego hoc unq; dixi. Interrogauit em̄ oēs discipulos di
cens, Quē uos me esse dicitis? Et Petrus omnium persona
respondit; Tu es Christus, ita & in omniū persona accepit
claves. Quare notandū, q̄ sanctitas sanctissimi domini Pa
pæ hoc loco mentitur, sicut est moris eius atq; stili.

mentit papa

Q̄ autem potestas soluendi latior sit q̄ potestas ligādi,
& que mentitur sanctissimus ille, non enim hoc poterit p/
bare ullo modo. Quia sicut Christus dicit, Quodcūq; sol
ueris, ita dicit, Quodcūq; ligaueris, utrobicq; eodem signo
uniuersali utens, quare parem esse utranq; potestatē, aper
tissima uerba probant Christi, ut nihil moueant, quæ san
ctissimus in contrarium blasphemat, nō enim ei credimus
nuda dicenti, multo minus contra apertam ueritatem infa
nienti & blasphemanti.

VICESIMVS SEPTIMVS.

Certum est, in manu Ecclesiæ aut Papæ prorsus
non esse statuere articulos fidei, immo nec leges mo
rum seu bonorum operum.

*papa nō h̄ mō uia
sandi.*

Fundamētū
articulorum
fidei.

Probo hunc sic, j. Corin. iij. Fundamentum aliud nemo
potest ponere, præter id quod positum est, quod est Iesus
Christus. Hic habes fundamentum ab apostolis positū, at
omnis articulus fidei est pars huius fundamēti, quare po
ni alius articulus q̄ positus est nullus potest; Superedifica
ri autem potest, ut idem dicit. Et ideo Papa debet nobiscū
poni

poni & superædificari, nō autem ponere, omnia enim cre-
denda sunt in scripturis exposita plene.

Permitto tamen, quod Papa condat articulos suæ fidei *Fides Pa-*
& suis fidelibus, quales sunt: Panem & uinum transsub- *pistarum.*
stantiari in sacramēto: Essentiam dei nec generare nec ge-
nerari: Animam esse formam substantialem corporis hu- *ut a papa suab gl*
mani: Se esse Imperatorem mundi & regem cœli & deum *homo*
terrenum: Animam esse immortalem. Et omnia illa infi-
nita portenta in Romano sterquilinio Decretorū, ut qua-
lis est eius fides, tale sit Euangelium, tales & fideles, talis
& Ecclesia, & habeant similit̄ labra lactucam, & dignam
patella sit operculum.

Nos uero, q̄ non Papani sed Christiani sumus, scimus, *Fides & mo-*
quod nihil est fidei & bonorum morum, quod non abun- *res abūde in*
de in literis sacris sit expositum, ut neq̄ ius, neq̄ locus sit *sacris literis*
alia statuendi ullis hominibus. Porro cerimonias potuit *exposita sūt,*
Ecclesia ordinare, sed hæc in arbitrio sunt omniū fidelium,
sicut dicit, 1. Corint. vii. Empti estis precio, nolite fieri ser- *no tenemus p̄p*
ui hominum. Et Colossen. iiij. Videte ne quis uos decipi *in lege obedire su*
at per inanem Philosophiam & fallaciam, sed in traditio- *ra a Deo nō p̄p̄*
nem hominū, sed in elemēta huius mundi, & non sed in
Christum.

Concedo ergo Papam habere potestatem condendi le- *Contra ceri-*
ges, sicut Assur Nimbrod habuit ut esset robustus ue- *moniarū exa-*
nator in terra, corā domino, ut extinguat libertatem Chri- *ggeratorea.*
stianā: Probat hæc potestas per illud Christi Mat. xxiiij.
Videte ne quis uos seducat, multi enim uenient in nomi- *roma*
ne meo, dicentes, ego sum Christus, sed seducent multos:
Et iterum: Cum uideritis abominationem stantem in lo-
co sancto, quæ dicta est a Daniele Propheta, qui legit in-
telligat: Surgēt enim pseudo prophetæ & pseudo Christi
& seducent multos: Tunc si dixerint, ecce hic aut illic est
Hic Christus,

ARTICVLORVM DAMNATORVM

In fine
 Christus, nolite credere, dabunt enim signa & prodigia, ut in errorem ducant, si fieri potest, etiam electos: Ecce praedixi uobis. Et. j. Timot. iij. Spiritus manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus discedant quidam a fide attendentes spiritibus erroris, & doctrinis daemoniorum, in hypocrisis loquentium mendacium, & caeteratam habentium suam conscientiam, prohibentium nubere & abstinere a cibis, quos deus creauit ad percipiendum cum gratiarum actione fidelibus & his qui cognouerunt ueritatem.

Ecce non solum hic probatur potestas Papisticarum doctrinarum & legum, sed etiam admonitio nostri, ut ab istis pseudo magistris caueamus, qui ceremonijs hic & illic Christum ostentantibus, nos a fide sincera alienant. Nam & Daniel. viij. praedixit Antichristum fore regem impudentem facie, hoc est (sicut Hebraeus habet) potentem speciebus, pompis & ceremonijs externorum operum, extincto interim spiritu fidei, sicut uidemus impletum, tot religionibus, ordinibus, collegijs, ritibus, uestibus, gestibus, aedificijs, statutis, regulis, obseruationijs, ut numerum nominum eorum uix recites, quorum nullus Euangelium curat, donec irrita facta sint omnia mandata dei, praesertim princeps iusticiae fides Christi, propter traditiones has hominum impiorum. Et haec quidem milites fecerunt. Et haec regno Antichristi conueniebant.

VICESIMVS OCTAVVS.

Si Papa cum magna parte Ecclesiae sic uel sic sentiret, nec etiam erraret, adhuc non est peccatum, aut haeresis contrarium sentire, praesertim in re non necessaria ad salutem, donec fuerit per Concilium uniuersale, alterum reprobatum, alterum approbatum.

Hæcia

Hæc in indulgentijs dixi, minus tūc rerum peritus. Stult iterum reuo-
 te enim dixi, quare articulum damno ipsemet, cum enim ^{cat.}
 in eo quæstio de rebus non necessarijs ad salutē uerfetur,
 non debui Papæ aut Concilio tribuere rātum potestatis,
 ut e non necessaria re, necessariam facere possent. Sed sic
 debui dicere, sicut & nunc dico: Si Papa & Concilium sic
 desiperent, ut in rebus non necessarijs ad salutem determi-
 nandis, tempus & studia perderent, habendi & contem-
 nendi essent pro fatuis & infanis, cum omnibus suis de-
 terminationibus larualibus, cum tam multa sint necessa-
 ria ad salutem, quæ sola tractari oporteat. Talis autem fa-
 tuitas est, q̄ de indulgētijs, de primatu Papæ, de transsub-
 stantiatione panis, & infinitis alijs nugis, ad rem nihil per-
 tinentibus, sæpius in Concilijs determinauerunt. De qui-
 bus Paulus, j. ad Timoth. iij. Stultas autem & aniles fa-
 bulas deuita. *ut papa in suis raxpmatibz fecerit alismatibz q̄nd*

Laudo ergo egregiam Bullam istam, quæ Papæ & Con-
 cilio tribuit negotium, rerum non necessariarum ad sa-
 lutem, neque enim digni sunt alio negotio, quam, ut sta-
 tuant, definiant, seruent aliena, impertinentia, & non
 necessaria ad salutem. Quid enim illis & saluti? Sed &
 Bulla ipsa, ut proles imitetur parentes suos, fere non la-
 borat, nisi in articulis ad rem prorsus nihil pertinētibus.
 Cum ergo e non necessarijs necessaria faciant, & hæc, ne-
 glectis interim fidei documentis, pro articulis obtrudant
 populo dei, non intelligimus adhuc, eos operāte Satana,
 operationibus erroris Ecclesiam uastare? Quid enim po-
 test esse nisi error, quod cum necessarium non sit, necessa-
 rium arbitrio hominum efficitur: ut hominū spem ædi-
 ficent super arenam, ut credāt necessarium, quod necessa-
 rium nō est. O uos impijssimi animarū seductores, quam
 scelerate illuditis populo dei.

H h ij Igitur

ARTICVLORVM DAMNATORVM

*Homini non
tantopere &
soli credēdū.*

Nota.

Agit siue Papa, siue pars, siue Conciliū sic aut sic sentiat nemini debet esse præiudicium, sed abundet quisq; in sensu suo, in eis rebus, quæ necessariae non sunt ad salutem. In libertatem enim uocati sumus, ut non sit uecelle credere uerum, quod alius homo sentit uel dicit, cōtenti eis credere, quæ in scripturis docti sumus. Si uero Papa poterit ullo iota probare, se habere ius condēdi etiam minimam legis literam, nedum articulos fidei statuendi, libēter hæc reuocabo. Vsum & præsumptionē, quibus hæcenus præualuit, non curo, scripturas sanctas quæro, quandoq; dem omnia, quæ in Ecclesia fiunt, e scripturis sanctis, auctoritatem & exemplum habere debent. Sicut dicit Deutro. iiii. Nō addetis ad uerbum quod loquor uobis, nec auferetis ex eo. Et Zach. ij. Legem dei requirent ex ore sacerdotis, quia angelus domini exercituum est.

VICESIMVS NONVS.

Via nobis facta est encruandi auctoritatem Conciliorum, & libere contradicēdi eorum gestis, & iudicandi eorum Decreta, & confidenter confitendi quicquid uerum uidetur, siue probatum, siue reprobatum fuerit a quocunq; Concilio.

*Scriptura sit
iudex conciliorum.*

Quam maligniter & insidiosè sanctissimus ille Christi uicarius captat mea uerba. Sic enim ponit hūc articulum, ac si ego uoluerim Concilijs resisti pro cuiusuis libidine. Ego enim docui Concilijs dissentire & resistere, si quando contraria uel scripturæ uel sibi ipsis statuissent. Scripturam, inquam, uolo iudicē esse Conciliorum. Quod dixi, propter cōcilia illa nouissima, in qbus nihil definitū est, iuxta scripturas, sed omnia sc'd'm mera hominum statuta & somnia, si qua optima statuta sunt, ut potius hoim conciliabula, quam cōcilia Ecclesiæ dicere possis. Nam quid Constantiæ statutum sit, uidebimus infra,

Quod

Quod si etiam nunc dicerem cuilibet pro libidine lice-
re Concilijs resistere, recte dicerē, quia articulo præceden-
te confitetur sanctissimus uicarius dei, se in Concilijs de-
terminare ea, quæ nō necessaria sunt ad salutē, eaq; posse
uertere in necessaria, ideo non solum resisti ei licebit, sed
etiam sicut delyrum aut morionem rideri a morionibus
oportet, ut qui in rebus sacris tāta uel leuitate uel amentia
etiā iocari & nugari tum audeat ipse, tum cogat alios.

Adduxi autem pro mea sententia Panor. de elect. c. Si Panormita/
gnificasti, dicentem, plus esse credendam uni priuato fide-
deli quam toti Concilio, aut Papæ, si meliorem autorita-
rem uel rationem habeat. Cur hunc non damnauit san-
ctissimus Christi uicarius? Quid in meis uerbis odiose cri-
minatur, quæ aliunde pēdent? si uni priuato plus creden-
dum est quam Concilio, in aliquo casu, nonne autoritas
Conciliorum quoq; subiecta est eidem priuato fidei? Sed
finge Panor. hoc non dixisse, quid ad Paulum dicemus, Paulus
qui Gal. j. dicit: Si angelus de cœlo aliud Euangelizauit
anathema sit: Vide hic sanctissime Papa, Paulus ana-
thema iubet esse etiam si Angelus de cœlo aliud docuerit.
Et quanto magis anathema esse debet, si Papa de terra uel
Concilium de inferno aliud docuerint.

Idem. j. Corint. xiiij. Quod si sedenti reuelatum fuerit,
prior taceat. Nonne & hic Apostolus, docenti & maiori
obstruit os, ubi sedenti, & inferiori aliquid fuerit reuela-
tum, & plane maiorē subijcit minori. Quid ergo sibi arro-
gat Papa & Concilium, contra hæc scripturæ sanctæ ex-
empla & documenta? Paulus etiam reprehendit Petrum
Gal. ij. & Iacobus. xv. mutauit Petri sententiam. Nec ipsi
Apostoli in suo Cōcilio quicq; statuerunt de sola præsum-
ptione spūs, sed p scripturas sua pbauerūt: At nos incom-
parabili minores, statim ut nobis qecq; rectū uisum fuerit.
Concilij titulo in articulum fidei uertimus.

H h iij Trices

nota de sententia pa

Panormita/
nus.

Paulus

Apst per scri-
pturas sua p-
bauerunt.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

TRICESIMVS.

Aliqui articuli Ioannis Hufs, cōdemnati in Concilio Constantiensi, sunt Christianissimi, uerissimi, & Euangelici, quos nec uniuersalis Ecclesia posset damnare.

Reuocat. Erraui & hunc articulum reuocauī, & adhuc reuoco, in hoc qđ dixi, aliquos articulos Ioannis Hufs esse Euangelicos. Quare nūc sic dico: Non aliquos, sed omnes articulos Ioannis Hufs Constantiæ esse damnatos ab Antichristo & suis Apostolis in synagoga illa Satanæ, ex sceleratissimis Sophistis congregata. Et in faciē tuam sanctissime Vicarie dei tibi libere dico, omnia damnata Ioannis Hufs esse Euāgelica & Christiana, tua autem omnia prorsus impia & diabolica. Ecce reuocationem, quam tua Bulla exigit. Quiduis amplius?

Lutherus plusq̄ Hussita, Secundo, non recte faciunt, qui me Hussitam uocant, Non enim ille mecum sentit, sed si ille fuit hæreticus, ego plus decies hæreticus sum, cum ille longe minora & pauciora dixerit, uelut inchoans lucem ueritatis aperire. Hoc ideo dico, ut intelligat lector, quam scelerati & impij fuerint homicidæ illi Cōstantienē. Concilij Pōtifices & Pharisæi, qui illum exusserūt, cū ego me fatear Christianū, non hincq̄ eorū dānationē agnoscere. Nisi forte ideo permissus est exuri, quia non parum detulit Romano Idolo, & suis Satanicis stauis operationibusq̄ erroris: Conatus enim fuit uir ille & pius & doctus, id quod & ego in principio conabar, ut Decretis Papalibus ueritatis opinio salua maneret. At ijs saluis, ipm̄ perire necesse erat, una cum Christo & fide & ueritate.

Lutherus Christianus uult haberi. Igitur Ioannes Hufs, nō repugnare uidetur, quo minus sit Monarchia Papæ, hoc tantum agit, impium pōtificem non esse membrum Ecclesiæ, multo minus Papam, ferē dum

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

dum tñ, sicut quemuis alium tyrannum. Ego uero etiam si sanctus Petrus hodie præfideret Romæ, negabo Rom. Episcopum esse Papam: Papa enim res ficta est in mūdo, neq; fuit, neq; est, neq; erit, sed fingitur esse. Quare ipsam sedem bestia nego, nihil moratus, sit ne bonus an malus qui in eo sedet. Sedes inquam, quæ sit super omnes sedes, nulla est in Ecclesia super terram, iure diuino, sed omnes sunt æquales: Quia una fides, unum baptisma, unus Christus, unus pater, qui operatur omnia in omnibus, qui est super omnia per omnia & in omnibus Ephe. iij. Deinde Decretales Papæ non dico Apocryphas, sicut Viglephus & Hufs dicere iactant, sed impias & Christo aduersarias, solo spū Satanæ efflatas, qua cā & eas exussi cū fiducia.

Fortassis & in hoc peccauit Ioannes Hufs, q̄ duodecim Concilia Euangelica fecit, cum non sit nisi unicum uirginitatis siue cœlibatus: In qua tamē re deceptus est, per impiam Thomæ & Thomistarum Theologiam. Itaboni isti uiri ea quæ in Ioanne Hufs optima sunt damnauerunt, quæ uerò non bona, probauerunt. Articulos ergo Ioannis Hufs damnatos, oēs suscipio, paratus defendere eos, per Christi gratiam, inuito illo rerum portēto, & abominatione, quæ sedet in loco sancto. Verum omnia Ioannis Hufs & si ab illis probata, nō admitto, ut dixi.

TRICESIMVS PRIMVS

In omni opere bono iustus peccat.

Finitis tādē articulis illis nugalibus, in quibus nec pietas, nec eruditio doceri uel audiri potuit, sed de superbia & abusu Romanæ abominationis, coacti sumus perdere uerba, operas & tempus, reuertimur nunc ad res serias & salutare, nempe ad gratiam, liberū arbitrium peccatum, de gloria hominum ad gloriā dei transeūtes, de quibus rebus & primis articulis nō nihil tractauimus.

Hunc

Quare papa non est

Decretales,

Concilia
Euangelica.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Hunc autem articulum ego in Galatis meis, deinde in resolutionibus, atq; aduersus doctrinales damnatores, & incēdarios Lotaniēn. tā copiose tractaui, præterea eundē duo eruditiss. uiri Theologi. D. Andreas Carlstadius, & Io. Dolitius æditis libris sic declararunt, ut in aduersarijs incredulis nihil aliud uideam, q̄ aures aspidis surdæ & obturantis auditū suum, seu ut Apostolus ait, ad fabulas eos conuersos, a ueritate audito auerso. Quid illi admittent, qui nubes has testimoniorum sanctorum non admittūt? Attamen instandum est mandante eodem Paulo, oportune, importune, ob hoc ipsum quod sanam doctrinam nolunt sustinere.

Andreas
Carlstadius
Io. Dolitius

Oēs immūdi
ut menstruū
iusticiæ no/
stræ.

Quid ergo meum articulum damnant? damnent illud Esaiæ, lxiij. Et facti sumus immundi omnes nos, & quasi pannus, menstruata, uniuersæ iusticiæ nostræ. Et illud Eccle. vij. Nō est homo iustus in terra, qui faciat bonum & non peccet. Obsecro, qui uniuersas nostras iusticias immundas dicit, nonne omne opus bonum, peccato pollutum asserit? damnēt & illud psal. cxlij. Non intres in iudiciū cum seruo tuo, quia non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Deus enim iustus iudex, bonum opus damnare non potest, cum autem hic dicat, non iustificari ullum uiuentem etiam seruum dei, planum est, nullum opus bonum posse iustum iudiciū dei sustinere, quare nec plene bonum est.

Nullū opus
plene bonū.

Concupiscit
spiritus aduer/
sus carnem.

Et ad ea quæ primis articulis diximus redeundo, probauimus hominem sanctum, spiritu concupiscere aduersus carnem, & carne aduersus spiritū, esseq; per hæc duo cum Apostolo Paulo, seruum peccati scđ m carnē, & seruum dei scđ m mētem, ac per hoc persona ipsa iusti, partim est iusta, partim peccatrix. Si ergo omnis persona simul peccatrix est dum iusta est, quid euidētius sequi potest, q̄ ut opus

opus quoque partim sit bonum, partim malum: cum Christus dicat & natura monstret, tale esse fructum, qualis est arbor, uti arboris certe in fructu sentitur. Non enim bona opera faciunt iustum (ut sæpe diximus) sed iustus facit bona opera: at talia faciat, necesse est, qualis est ipse, imperfectus imperfecta, iustus iusta, malus mala. Si hæc ratio & autoritas non mouet, nescio quid mouere possit.

Nō opera iustum sed iustus bona opera facit.

Fortē dicent & admittent, iustum in opere bono deficere quidem, sed non peccare. Verū superius abunde probaui, hunc defectum esse uere peccatum. Est enim omīssio illius precepti, Diliges dominum deum ex toto corde tuo, ex omnibus uiribus tuis, ex tota anima, cum autē caro resistat spiritui, clarum est, quod uires carnis non diligant deum, ac per hoc peccant in hoc preceptum. Si enim sic elabi uolunt, per nomen defectus, ne peccatum cogant admittere, Elabar & ego, & dicam adulterium non esse peccatum, sed defectum: Quia enim ratione illud carnis concupiscere contra spiritum, non est peccatum, eadem & adulterari non erit peccatum. Quod ut dixi proprium sit eorum inuentum, appellare defectum, quod scriptura peccatum appellat. Et, si cut ipsi fabulantur, suos defectus non esse contra legem, sed defectiones a lege, ita ego quoque negabo adulterium esse contra legem, sed solum defectum a lege.

Defectus in opere peccatum est.

Et quid faciunt hi suis loquutionibus, nisi quod alijs quidem uerbis, idē quod Pelagiani docent: An referre putas, quibus uerbis ueritatē eludas & mendacium statuas? Quid enim ex ea doctrina capit auditor, quod se post acceptam gratiam mundum esse, & iam gratia ad peccati ulterioris purgationem non egeret id quod propriissime pelagianum est, sed sub uerbis catholicis propositum. Ita Christo non habent opus ad iustitiam, nisi in primo instanti contritionis, nisi quod pelagiani, nec ipso primo instanti, gratia indigere uoluerunt.

Pelagiani.

Cur non damnant Grego. sup Iob. ix, dicentē, Sanctus uir, quia omne meritum uirtutis nostræ uirtutē esse cōspicit, si ab

Gregorius.

in interno

interno arbitrio, districte iudicet. Ideo recte subiungit: Si uoluerit contendere cum eo, non poterit ei unum respondere pro mille. Nonne articulum hunc meum hic Gregorius euidenter docet: Idem super illud eiusdem. Si habuero quippiam iustum, non respondebo, sed meum iudicem deprecabor: Vt enim (inquit) saepe diximus, omnis humana iustitia iniustitia esse conuincitur, si districte iudicet. Et Augustinus, li. ix. confessi, Vae hominum uitae, quantumcumque laudabili, si remota misericordia iudicet. Vides ergo, o miser Sanctissime, quorum sententias impia tua Bulla danaris: certum est cum his Scripturae & patrum sententias permanere, & te idolum abominationis, cum fiducia contemneres. Non ergo meus ille articulus, sed Esaias, David, Salomonis, Pauli, Christi, Augustini, Gregorii, Inuentus est, cum quibus danari ab Antichristo isto, superba gloria est. Hac enim diabolica damnatione firmata opinio illa, Papam esse Antichristum, & Romam Curiam sedem Satanae, & abominationem desolationis esse in Babylone ista mystica. Amplius non fallit specie ueritatis, sicut hactenus fecit, sed prodit seipsam abominatio ista peccati & perditionis.

TRICESIMVS SECVNDVS.

Opus bonum optime factum, est ueniale peccatum.

Hic manifeste sequitur ex priore, nisi quod addendum est, quod alibi copiosius dixi, hoc ueniale peccatum non natura sua, sed misericordia dei tale esse. Non enim dixit David: Non praemiabit, sed non iustificabit in conspectu tuo omnes uiues. Non iustificari, certe est danari, ita omne opus iusti danabile est, & peccatum mortale, si iudicio dei iudicet. Et Augustinus non dixit, Vae uitae hominum aliquo modo laudabili: sed, Vae, quantumcumque laudabili. Vae autem istud, damnationem sonat, & quantumcumque laudabilis uita, optima uitam sonat. Et Gregorius non dixit: Iustitia humana conuincitur imperfecta, sed iniustitia, esse, si iudicio dei iudicet. Idem non dixit, aliquod meritum nostrum uitiosum

Augustinus.

enodia saluat

Veniale ex misericordia dei, non natura.

quasi malis arguitur

antiquo

uitiosum, sed oē meritū uitū esse. Quare his patrū & Scri^{pturæ} Reuocat
 pturæ rupibus nixus reuoco uel modero hūc articulū hoc
 modo; Opus bonū optime factū ueniale peccatū est scđ m
 misericordiā dei, sed mortale peccatū, scđ m iudiciū dei. *nota*
 Neqem ego tā haretice sum locutus, sicut Gregorius, qui
 totū meritū nō solū uitiosum, sed uitū esse asserit. Vide in
 quas palinodias me cogit Antichristi Romani rudissima
 ruditas & impijssima impietas, qui cū sit hō peccati, & fili^{us}
 pditionis, satisfaturus his suis nominib⁹, conat⁹ nobis ab
 scōdere peccata nostra, & secū in peccatis incrassare, & ad
 pditionē trahere. Quid est hō peccati, nisi qui peccare do *Hō peccati. Penat*
 cet, qui peccata abscondit, & iustitiā iactat, qui timorē dei
 extinguit, & fiduciā opes erigit, homines supbire & p̄su
 mere facit, misericordiā & iudiciū dei longe a facie nostra
 ponit: **At hoc facit, qui negat bonum opus esse peccatum,**
ne homines in timore & humilitate, ad misericordiam dei
unicū refugium confugiant. Væ illi.

TRICESIMVS TERTIVS.

Hæreticos cōburi, est cōtra uoluntatē spiritus.

Primū ab experientia totius Ecclesiæ probo, quæ ab ini *Hæretici nū
 q̄ cōbusti ab
 ecclesia.*
 tione sui, usq; huc nullū cōbussit hæreticū, nec aliqñ cōburet
 Mirū autē esset, in tot seculis nō esse aliquos cōbustos, si uo
 luntas sp̄s hoc uoluisset. At dicēt: Constātia Ioan. Hufs, *Ioā, Hufs.
 Hieronimus*
 & Hieronymus de Praga exulsi sunt. Rūdeo: Ego de hære
 ticis loquor; Nā Ioan. Hufs & Hierony. uiros catholicos
 combusserunt, hæretici ipsi & apostata & Antichristi disci
 puli, ut ex superius dictis patet. Quorū exemplum & mul
 ti alij homicidæ imitati, in diuersis locis sanctos Christi ex *Florentinus
 Hieronimus*
 ufferunt & occiderunt, inter quos Hieronymus Sauano
 rolā cum suis numerandus uidetur.

Secundo, ex scriptura Esa. ij. Conflabunt gladios suos in
 uomeres, & lanceas suas in falces. Eiusdē. xj. non occidēt,
 & nō nocebūt in uniuerso monte sancto meo, & Christus
 Ii ū, Ap̄lis

ARTICULORVM DAMNATORVM

in no roboret
 Pana hære/
 tiorū a chri/
 sto lata & a/
 postolis.

Gladio spūs
 haretici con/
 uincendi.

Strages (pon
 sificum.

apostolis nihil prorsus armorū cōmisit, nec aliā pœnā im/
 posuit, q̄ ut haberet̄ pro Ethnico, qui Ecclesiā nō audiret
 Math. xvij. Et apl's Tit. iij. Hareticū hominē uitari docet,
 nō occidi iussit armis uel igne, & ad Corint. dicit, Oportet
 hareses esse, ut qui probati sunt, manifesti fiant. Sed quid
 hic dicit, domine Sanctissime, sanctitas uestra (Lu. ix.) ubi
 discipuli uolebant ignē de cœlo deducere, & ciuitatē per/
 dere, cōpescuit eos Christus, dicēs: Nescitis cuius spiritus
 filij sitis? nō uenit filius hominis animas perdere, sed sal/
 uare. Hoc est, quod & ego dixi, & dico, Christo magistro,
 eos qui igne persequuntur homines, non esse boni spiritus
 filios. Cuius tunc? mali spūs, qui erat homicida ab initio.

Christus nō uoluit uī & igne cogere homines ad fidem,
 Dedit ob id gladiū spiritus, ut in hoc pugnarēt, qui sui spi/
 ritus filij sunt. At gladiū spiritus, quod est uerbū dei, Dñs
 Papa cū suis Papastris, subter scamnū inter blattas & tine/
 as posuerūt, & rursus facti sunt robusti uenatores, & Nim/
 roddi in terra, qui denuo in deo Chaldeoꝝ, qui Vr seu ig/
 nis fuit, omnia quæ uolunt faciūt, ne quid Babylon nouis/
 sima discrepet a Babylone prisca. Illa exussit patres christi,
 illa exurit filios Christi, & utriusq; idē deus Vr, semp urit
 & sauit. Sed ipsi quoq; in suis sacerrimis Canonibus phi/
 bent Clericis arma, & clericū foro seculari traditū, uolūt p̄
 Ecclesiā, efficacibus precibus redimi a morte. Verū his uer/
 bis ludūt in mortibus innocentū. Nā interim Papa clerico
 rū princeps cū oibus regibus cruentissime belligerat, im/
 mo q̄ strages non illius imperio fiunt? Quādo nō inuocat
 brachiū sæculare, & morte utraq; terret mundū? Et tamen
 interim clericus ip̄e primus nō fert arma, tū efficaciter orat
 p̄ occidendis, dū instat, ne mors eorū differat in omī orbis
 angulo exquisitissime p̄quirant. O Satan, O Satan, O satan,
 uæ tibi cum papa & Papistis tuis, qui tam impudēter in re/
 bus tam serijs Ecclesiæ luditis, & aīas cū corpib⁹ occiditis.

Tricesimus

Præliari aduersus Turcas, est repugnare deo uisanti iniquitates nostras per illos.

Et hūc probo duplici experiētia infelicitatis nostræ. Priore est, q̄ hacenus nihil habuimus prosperum aduersus Turcam, & uires eius atq; imperiū, nostris bellis auicta sunt in immensum. Vbi si deus nō esset cōtra nos, & Turcā nō haberet p̄ uirga iniquitatis nostræ, lōge aliter fors cecidisset, adhuc in obstinata cecitate opa dei non agnoscerimus. Præter hæc nō dedit nobis deus hacenus, nisi uotū & iactantiā belli in Turcas suscipiēdi. Toties cōuentū est, toties cōsultatū, toties propositū, & palpauimus uota nostra, impetrante deo irrita fieri, donec Turcis in fabulā uenerimus, dicentibus: Nos Bullis & literis ueniarū bellare.

Turcæ impetrium nostris armis auget

Impugnatio non repugnanda aut

Altera uero infelicitas, maioris dedecoris & ignominia, q̄ tot iā annis passi sumus nos de glubi p̄ impostores & legatos Romanos, toties ad Bellū Turchicū, indulgētijs & facultatibus impudentissime uenditis, pecuniā & substantiā nostrā deuorantes, quā uidimus nō solū non uenisse, q̄ mēdaces illi & fallaces hoīes, uenturā p̄miserūt, sed etiā in turpissimas eorū libidines & pōpas p̄fusam. Verū hæc minor q̄rela, Hoc demū oīm atrocissimū & intollerabile, q̄ nos indulgentiarū negotio fallacissimo, Primū in anima ceu bruta pecora falsis persuasionibus occupauerunt & seduxerūt ad uniuersam nostrā substantiā cōpilandā, donec eo uentū sit, ut ne altare quidē sit reliquū, quod non seruiat Romanæ auaritiæ, sp̄ nouis excogitatis imponēdi artib⁹.

Indulgentiæ frustra uenditæ cōtra turcam.

Turcæ Rhoimani.

Sic in uindictā iniquitatis nostræ, dedit nobis deus e Roma truculētiōres, cruentiores, insaturabiliōres Turcas, q̄ illi unq; fieri possunt. Adhuc peiores hi Turci, nos insensatos, præstigijis suis incitāt aduersus meliores Turcas, tm̄ ut interim oīa nostra cōfiscent, sub bello Turchico. Et in ijs omnibus non est auersus furor dñi, necdū intelligimus

ARTICVLORVM DAMNATORVM

manū dei, percutientis nos in corpore & anima per hos ro-
manos Turchissimos Turcas, Quid ergo dicā ego, qm̄ hic
uideo plus q̄ quadringentos pphetas Baal suū Achab cir-
cūstare, & ut ascendat in Ramoth Galaad suis prophetijs
animare, & omnia p̄spera ei nunciare? Forte sicut Miche-
as, qui & ipse odiosus erat, quia nō prophetabat nisi malū,
dicā & ipse meo Achab: Ite p̄lamiini contra Turcas, ut
resistatis uirgæ dei, & cadatis sicut & ille cecidit.

Consiliū Lu-
theri profide
& moribus.

papa sijnulgest

Quanto rectius faceremus, si primū orationibus, immo
totius uitæ mutata ratione, deū propitiū faceremus? Tum
idolo illi Romano, Cæsar & Principes modū ponerēt ty-
rannidis, illusionis, p̄ditionis animarū. Nā ut & ego, p̄phe-
tē semel, licet nō audiar, quod scio: Nisi Romanus ponti-
fex redigat̄ in ordinē, actū est de omni re Christiana, fugi-
at, sicut Christus docuit, in montes qui poterit, aut uitā ho-
micidis Romanis cū fiducia offerat in mortem. Nihil nisi
peccatū & perditionē Papatus opari potest. Quid uis am-
plius? At quis rediget eū in ordinē? Christus illustratione
aduentus sui, & nō alius. Domine quis credit auditui no-
stro? Qui habet aures audiendū audiat, & a bello Turchico
abstineat, donec Papæ nomen sub cælo ualeat. Dixi.

TRICESIMVS QVINTVS.

Nemo est certus se non semper peccare mortali-
ter, propter occultissimū superbix uitium.

Si ea quæ dicta sunt, in tricesimo primo & secundo, intel-
ligimus uera esse, & hic articulus uer⁹ est. Si em̄ opus bo-
nū iusti, pctm̄ mortale est, si ad iudiciū dei referat̄, q̄to ma-
gis tota uita mortalis est, si misericordia non succurrerit.
Breuiter hic articulus non est meus, sed Iob. ix. Etiā si sim-
plex fuero, hoc ipsum ignorabit anima mea. Et Grego. ibi
dem super illo: Verebar omnia opera mea, sciens quoniā
non parcis delinquenti, dicit: Quia quæ aperte egerim, uī
deo

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

deo, sed quid intus latenter pertulerim ignoro. Idem Gregorius aperitissime in fine moralium: Quis inter ista remanet salutis locus: quando & mala nostra pura mala sunt, & bona nostra, que nos habere credimus, pura bona esse nequaquam possunt. Quid dicis Gregorius: pura bona non solum non sunt, sed nec esse possunt. Damna, mi Papa, dana hos sanctos viros, Iob & Gregorium, Adde his ea que dicta sunt. David: Non iustificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Ut & te damnet dominus Iesus prope diem. Tu doces introire in conspectum dei superbos, & qui sese damnatione dignos non esse iactitant coram eo, quem columnae caeli tremunt, & sub quo curuantur qui portant orbem, cum David non sustineat iudicium eius. Et Aug. Vix, omnium hominum uita laudabilissima denunciet, hoc est, optimam uita tam damnatione dignam faciat coram deo. Si enim digna non est alicuius uita, tali damnatione, poterit sese coram deo sistere, & gloriari in uita sua dignitate. Sed uix abominacioni ista abominatissima, quanto impetu, nos rapit in peccatum & perditionem.

scripsit in hunc b
me
Quos Bulla damnauerit.

Retoco ergo hunc articulum, & modero in hunc modum: Nemo non certissimus esse debet, se semper mortaliter peccare, si sua uita ad iudicium dei iustissimum comparatur, tam in iusta enim eius uita necessario est, quam iustum est iudicium dei, contra quo stare ipsa non potest, at ipsum est iustissimum, quare uita eius est iniustissima, soliusque misericordiae uelamento seruanda. Ut flet Paulus Rom. iij. Ut obstruatur omne os, & obnoxius fiat mundus deo. Et. xj. conclusit omnia sub incredulitate, ut omnium misereatur.

Reuocatio

ipsum
est in ipso mort

TRICESIMVS SEXTVS.

Liberum arbitrium post peccatum, res est de solo titulo, & dum facit quod in se est, peccat mortaliter.

Infelix

ARTICVLORVM DAMNATORVM

nota
Liberū arbitriū nihil.

Infelix liberū arbitriū, iustus in bono ope peccat mortaliter, ut uidim⁹: Eripsum factū ante iustitiā aliquid esse & posse. O dānatores miseri, Est autē articulus nixus, primo in uerbo Aug. de Spi. & lit. c. iij. Liberū arb. sine gratiā nō ualet, nisi ad peccandū. Rogo quæ est ista libertas, quæ nō nisi in alterā partē potest, eāq; peiorē: Est hoc esse liberū, nō posse nisi peccare: Sed Augustino nō credā. Scripturas audiamus, Christus dicit loā. xv. Sine me nihil potestis facere. Quid ē hoc, nihil, quod sine Christo facit liberū arbitriū: Præparat se, inquit, ad gratiā, per opa moraliter bona. Sed ea Christus hic facit, nihil ergo per nihil se præparat. Mira præparatio quæ per nihil fit.

Nihil qd fit.

apocryphus nota
Verū quid illud nihil sit, ipse sequēter exponit, dicens: Si quis in me nō māserit, mittet foras sicut palmes & arefcit, & colligūt eū & in ignē mittunt, & ardet. Obsecro, quæ ē tra frons meretricia, sanctissime Vicarie Christi, qua sic audes dño tuo contradicere. Tu dicis q; lib. arbi. possit se parare ut intret ad gratiā. Contra, Christus dicit, q; mittatur foras ut longior fiat a gratiā. Q; pulchre concordat tua Bulla cū Euangelio. Christū ergo audiamus, qui palmitis excisi ponit quinq; pditionis gradus, quibus oñdit eū se nō modo nō posse ad bonū parare, sed necessario peiorē fieri. Primus est, q; foras mittit, ergo non intromittit, datur in potestātē Satana, qui nō p mittit eū conari ad bonū. quid em̄ aliud, foras mittere, pōt significare: Secūdo arefcit, hoc est q̄tidie peior fit, sibi relictus, atq; hæc sunt opa duo liberi arbitrii, s. peccare & pseuerare, auferere q; in peccatis, foras mitti & arefcere. Si em̄ aliud pōt lib. ar. christ⁹ certe mēit.

Palmitis excisi
si quinque gra/
dus perditionis.

Tres sequētes penæ sunt: Colligūt, scilicet ad iudiciū, ut conuincatur cū aliis: Deinde data sentētia, in ignē mittūt æternū, ubi tandē non nisi ardet, id est, pœnā luet æternam. Nihil ergo posse liberū arb. non est ut illi fingunt, non metrioriū opari, sed est foris mitti & arefcere. Palmes excisus non sese

non sese parat ad ad uitē, neq; enim pōt, sed lōgius fit a ui
te, & magis ac magis perit, ita & lib. arb. seu impius hō.

Gen. vj. & viij. Sensus & cūcta cogitatio cordis huma
ni ad malum pna sunt omni tēpore. Obsecro, qui cūctam
cogitationē cordis malā facit, idē omni tempore, quam
relinquit bonam, quæ prepararet ad gratiā: An malum di
sponit ad bonum. Nec est quod hanc autoritatem eludat
quisq; quasi cogitationem suam malam, possit homo co
hibere aliquā. Quæ enī cogitatio hoc facit, aut patit, utraq;
bona est, sed inter eas, quæ cūctæ dicuntur, nō numerabit.
Si una bona in eo esse potest, mentitur Moses, qui cūctas
malas esse affirmat. Insuper textum hebræum sic refert li
cet: Qm̄ quicqd cupit & cogitat cor hoīs, solūmodo ma
lum est, omni die, addit enī particula exclusiua, ad malū,
quam nostra trāslatio nō reddidit. Nec uerbum cupit, red
didit, nec plene uerbum cogitat seu cogitationem, uertit.
Vult enim Moses, nō modo otiosas & spōtaneas, sed etiā
ingeniosas & eas, quibus hō de industria cogitat aliquid
facere, atq; has etiam non nisi malas dicit, ut nihil faciant
pelagiani isti, qui lib. arb. tribuunt si studiose laboret, ad
bonum aliquid ualere.

Iterum Gen. vj. Nō pmanebit spūs meus in hoīe, quia
caro est. Si hō caro est, quid pōt in bonū? An ignoramus
opa carnis ppria (Gal. v.) quæ sunt fornicatio, immūditia,
lasciuitia, irā, inuidiā, homicidiā &c. Hæc ergo sunt, quæ
lib. arb. facit, dū facit, quod in se est, hæc autē oīa sunt mor
talia. Nā Ro. viij. dicit: Prudētia carnis mors est & inimi
ca deo. Quō mors ad uitam? Quō inimicitia ad gratiā se
disponet? Si enim spīritus in hominibus nō manet, mor
tui sunt coram deo. Mortuus autem non uitā, sed mortis
opera necessario faciet, opus autē mortis ad uitam non di
sponit: Figmenta ergo sunt oīa, quæ de præparatione lib.
arb. ad gratiā, tot libris tractata sunt.

Kk Esaias

Ad malū, p/
na omni tpe
hoīs cogita
tio.

probatio aditum

Gratia dat a dño p peccatis nō pro congruis bonis operib⁹. Esaiās etiā dicit, xl. Suscepit de manu dñi duplicia, pro oibus peccatis suis. Quid hic dicit: gratiā dicit a dño nō dari nisi p peccatis, scilicet p malis; atq; id qd dicit, oibus, id significat, quod nihil nisi peccata fecerit ante gratiam; seu omnia opera eius peccata fuerint. Si aut de manu dñi contingit suscipere gratiā, pro operibus cōgruis, quae peccata nō sunt, falsum hic Esaiās dixit, & gratia dei uilescit, ut quam non penitus indignis dedit, sicut Pelagiani docuerunt, a quorū sensu, nihil nisi solis uerbis distamus: Si quidē & nos mereri gratiā, licet nō de incōdigno, predicamus, qd & ipsi cōcessissent, neq; enī gratiā dei tam uilem habuissent, ut ea digno merito donari dicerēt.

Foenum & caro.

Idem Esaiās ibidē: Omnis caro scēnū, & oīs gloria eius sicut flos scēni: Exiccātū est scēnū & flos cecidit. Quia spīritus dñi sufflauit in illud, uerbum autē dñi manet in aeternum. Da scēnum & florē eius. Nōne caro, homo, seu lib. arbitrium & quicquid est hoīs: flos eius & gloria, nōne est uirtus, sapiētia, iusticia, lib. arb. unde possit gloriari, aliqd esse & posse: Qua ergo rōne sit, ut flāte spīritu exicceat & cadat & manēte uerbo pereat: Nonne spīritus est, gratia, qua tu dixisti lib. arb. iuuari & eius prāparationē cōsummari: Cur ergo hic exiccātū & cecidisse dicit quicquid est, etiā optimum carnis: Nondum uides spīritum & lib. arbitrium esse contraria: Siquidem illo flāte, hoc cadit, & non manet cum uerbo. Nō autē caderet & periret si ad flatum spīritus & uerbi aptum & prāparatū esset.

Hieremias quoq; x. c. sic dicit: Scio dñe qm nō est hoīs uia eius, nec uiri est, ut dirigat gressus suos. Quid potuit apertius dici: Si uia sua & gressus sui nō sunt in potestate hoīs, q̄modo uia dei & gressus dei erūt in potestate eius: Via enim hoīs, est ea quā ipsi uocāt, naturalē uirtutē faciēdi, quod est in se. Ecce haec nō est in arbitrio hominis, seu lib. arbitrii, qd ergo lib. arbitriū est, nisi res de solo titulo

Quomodo

Quomodo potest sese ad bonū præparare, cum nec in potestate sit suas vias malas facere? Nā & mala opera in impijs deus operatur. Vt Prouer. xj. dicit: Omnia propter se/ metipsum operatus est dñs, etiam impiū ad diem malum. Et Ro. j. Tradidit illos deus in reprobū sensum, ut faciant quæ nō conueniūt. Et. xj. Quem uult indurat, cuius uult miseretur. Sicut & Exo. xj. de Pharaone dicit, in hoc ip̄m excitauit te, ut ostendam uirtutē meam in te, Ideo enim est terribilis deus in iudicijs & operibus suis.

Sic rursus Prouer. xvj. Hoīs est præparare cor, dñi autē est gubernare linguam. Hoc est, homo multa solet proponere, cum tñ adeo nō sint in manu eius opera eius, ut nec uerba in hoc ipsum habeat in potestate sua, coactus mirabili dei p̄uidencia, & loqui & facere aliter q̄ cogitauit: sicut in Balaam monstratū est. Num. xxiiij. Et psal. cxxiiij. Nō est sermo in lingua mea. Et clarius infra Prouer. xvj. Cor hoīs cogitat uiam suam, & dñs dirigit gressus suos. Ecce nō sicut homo cogitat, uia eius p̄cedit, sed sicut dñs ordinat. Ideo &. xxj. dicit: Sunt diuisiones aquarū, ita cor regis in manu dñi, quocūq; uoluerit inclinabit illud. Vbi ergo est lib. arbitrium: firmētum est penitus.

Atq; si scriptura nō doceret hæc, abunde ex omnibus historijs hæc ueritatē disceremus, & unusquisq; ex uita sua p̄pria. Quis enim est, quæ oīa quæ uoluit effecit: immo quis id, quod cogitauit facere, non sæpius alia statim cogitatioe mutauit, nesciēs quō mutarit? Quis audet negare, se etiam in malis opibus, sæpius coactus aliud facere q̄ cogitauit? An nō putas huius Bullæ autores in eo fuisse totis & summis liberi arbitrij uiribus, ut p̄ se cōtra Lutherū loquerent? Et ecce, q̄ nō fuerit in eorū arbitrio, hæc cogitatio & operatio, oīa enī cōtra se, in caput suū opati sunt, ut nūq̄ legeri, q̄ se scēdus abominabilisq; decorauerit,

Kk ij. & in

Quod uolui
mus non effi
cimus.

ARTICVLORVM DAMNATORVM

& in omnē turpitudinem, errorū, haresum, maliciarum, apertissime tradiderint excacati & ignorātes: adeo nō est homo in manu sua, etiam mala operans & cogitās, Et uere Paulus Ephe. j. dixit: Deus operat oīa in oibus.

Perijt, itaq; hic etiā generalis illa influētia, qua garrūt, esse in potestate nostra, naturales opationes opari: Secus rem habere monstrat experiētia oīum, Et uide nos infatos, ipam radicē operum, nempe uitā ipsam, quæ caput est oīum operum, scimus oēs, nullo momento esse in manu nostra, & audemus dicere, aliquā cogitationē esse in manu nostra. Quid absurdius dici pōt? Qui ergo uitam nostrā in manu sua retinuit, motus nostros & opera, in manu nostra posuit? Absit. Vnde nō est dubium, Satana magistro, in Ecclesiam uenisse hoc nomen lib. arbitrium, ad seducendos homines a uia dei in uias suas pprias. Fratres Ioseph, omnino cogitauerūt eū occidere, & ecce ipsa hæc cogitatio, adeo non erat in eorū arbitrio, ut etiā in contrarium mox omnia cogitarent, sicut dixit: Vos cogitastis de me malum, sed deus uertit illud in bonū.

Nulla cogitatio in manu nostra.

omnes lib. arbitri in manu

Reuocatio.

Habes miserande Papa, quid hic oggannias? Vnde & hūc articulū necesse est reuocare, male enī dixi qd lib. arb. ante gratiā sit res de solo titulo, sed simpliciter debui dicere, lib. arb. est figmentū in rebus, seu titulus sine re: Quia nulli est in manu sua, quippiā cogitare malī aut bonī, sed omnia (ut Viglephi articulus Constantiæ damnatus recte docet) de necessitate absoluta eueniunt. Quod & Poeta uoluit, qn̄ dixit, certa stāt oīa lege. Et Christus Mat. vj. Foliū arboris nō cadit in terrā sine uolūtate patris uestri q in cœlis est, & capilli capitis ur̄i oēs numerati sūt. Et Esa. xli. eis insultat, dicēs: Bñ qd aut male si potestis, facite.

Oīa de necessitate absoluta eueniūt.

quod bonum est in se

Agite oculos & noli male dicere, lector

Vnde & ego hos lib. arbitrij seu Baal pphetas exhortor cum Helia: Agite, estote utri, facite qd in uobis est, tērate saltē aliqñ, id qd docetis, præparate uos, ad gratiā & obtinete

tinete quæ uultis, quoniam quid dicitis deum non negare quicquid, si feceritis quod lib. arb. pot. uehementer turpe est, ut ueltrae doctrinae nullum exemplum adducere, nullum opus uos ipsi prestare queatis, & solis uerbis sapietes sitis, Verum Pelagium sub his studiis aluit. Quid enim refert si neges gratiam ex operibus nostris & doceas tamen per opera nostra dari? idem manet impietatis sensus, quod gratia non gratis, sed ob nostra opera donari creditur. Neque enim Pelagiani alia opera docuerunt, & fecerunt, propter quæ gratiam operari uoluerunt, quam uos docetis & facitis. Eiusdem sunt lib. arb. opera, eorundemque membrorum, sed alia uos eis nota, & alia illi dederunt, ieiunium, oratio, elemosynæ eadem erant, sed uos congrua, illi condigna ad gratiam uocauerunt, ubi quod tamen idem Pelagius triumphator perseverauit.

Pelagian.

Nota erroris

Fallit hos miseros hoc est res humanarum incōstantia, seu (ut uocant) cōtingētia, oculos enim suos stultos mergunt in res ipsas, operaque rerum, nec aliquando eleuant in cōspectum dei, ut res super res in deo cognoscerent. Nobis enim ad inferna spectantibus, res apparēt arbitraria & fortuita, sed ad superna spectantibus, omnia sunt necessaria. Quia non sicut nos, sed sicut ille uult, ita uiuimus, facimus, patimur omnes & omnia. Cessat lib. arbitrium erga deum, quod apparet erga nos & temporalia, illic enim, ut Iacobus ait, non est ratiō mutatio, nec uicissitudinis obumbratio: Hic uero omnia mutantur & uariantur. Et nos stulti, diuina æstimamus secundum hæc temporalia, ut libero arbitrio preestamus deum peruenire & gratiam extorquere uelut dormientem, quoties libitum fuerit: quasi ille mutari nobiscum possit, & uelit quod aliquando non uoluit, idque nostro libero arbitrio operante & uolente, O furor furorum omnium nouissimus.

Erroris ratio

Et Paulus Ephe. ij. dicit: Eramus & nos natura filij iræ, sicut & ceteri. Si omnes extra gratiam sunt filij iræ ex ipsa natura, ergo & liberæ arbitrii est filius iræ ex natura sua, Si ex natura sua, multo magis ex omnibus operibus suis, Quid autem esse potest natura filius iræ, nisi quod omnia que facit sunt mala, non ad

Natura filij iræ.

Kk iij gratiam

ARTICVLO RVM DAMNATORVM

gratia sed ad hanc preparata, imo ira meretias. Ite nunc Pelagiani, & operibus vestris preparate nos ad gratiam, cum hic Paulus non nisi ira illis mereri omnes dicat. Mitius erat, si solum dixisset, Eramus filius irae, sed addens, natura, certe totum quod sumus & facimus ex natura, non nisi meritum irae, nequaquam gratiam intelligi uoluit. Vix breuiorem & apertiore potentioreque in scripturis inuenias sententiam, aduersus liberum arbitrium.

Iusti etiam certant cum carne

Et quid multis agimus? Ex supradictis abunde cognouimus etiam iustos magno certamine contra suam carnem laborare ut faciant bonum, resistitque eis liberum eorum arbitrium & prudentia carnis, summis uiribus concupiscens contra spiritum, odians ea quae sunt spiritus & legis dei. Et quomodo possibile est, ut sine spiritu ex natura sua possit per spiritum concupiscere, seu ad spiritum se preparare, faciendo quod est in se? In gratia dum fuerit, natura eius talis est, ut contra gratiam indomitum pugnet, & extra gratiam talis esse poterit natura eius ut spiritum iuuet. Quid insanit fingi potest? Ellet enim hoc monstrum nouum siue huic? Si quis indomitam feram uinculis custoditam, domare non possit, & tamen insanit iacet ea ante uincula & sine uinculis esse tam cicure & mansuetam, ut sponte se domet, seu ut domum laboret. Disistite, quaeso, ab hac insaniam miserrimi Pelagiani. Si liberum arbitrium, in gratia peccat, & insanit aduersus gratiam, sicut cogimur omnes sentire, & queruntur apostolus & omnes sancti, certe contra omnem sensum est, ut extra gratiam probum sit, & ad absentem separet, quam praesentem odit & persequitur.

ma pna opera salua

Opera ante gratiam hypocritas sunt.

Reluctantibus etiam gratia dei datur.

Necesse est ergo mera signum & hypocrisis esse, quae cum & docentur & fiunt ante gratiam, pro gratia impetranda, prauehri enim nos necesse est misericordia dei, ut uelimus. Sicut & Augustinus contra epistolas Pelagi, dicit: Quod nolentes deus conuertit & reluctantes. Sicut in exemplo Pauli monstrauit, quem tunc conuertit, quando erat summo ardore persecutionis insanus & contrarius gratiae. Et Petrus non

non respexit dñm ut recordareſ uerbi, qđ dixerat ei Ieſus, Sed dñs respexit Petrum in media & maxima illa negatio- ne, & ſic recrodatuſ uerbi fleuit amare.

Videmus itaq; in huius articuli ſententiã, qđ fallax fue- rit operatio erroris, magiſtro Satana. Cum enim negare non poſſent, nos per gratiã dei ſaluos fieri oportere, nec eludere poſſent hãc ueritatem, alia uia ingreſſa eſt impie- tas ad eludendum, fingens & ſi noſtrum non ſit ſaluare gratiã dei. Quã rogo manet gloria deo, ſi nos tãtum poſ- ſumus ut ſaluemur per gratiam eius? An parum eſſe uide- tur hoc poſſe, ſi quis gratiam non habens, tantum tamen uirtutis habet, ut gratiam habere quando uoluerit poſſit? Quid refert ſi dicas ſine gratiã nos ſaluari cū Pelagianis, cum gratiam dei iam ponas in arbitrio hominum? Vide- ris mihi peior eſſe pelagio, dum gratiam dei neceſſariam in poteſtatem hominis ponis, quam ille penitus negauit neceſſariam. Minus, in qđ, uidetur impium, gratiam in to- tum negare, qđ eam noſtro ſtudio & opere parari, ac uelut in manu noſtra reponere. Et tamen hãc præualuit opera- tio erroris, quia ſpecioſa & placens naturã liberorq; arbitrio, ut difficile ſit eam confutare, præfertim apud rudes & craſſos animos.

In cæteris aut articulis, de Papatu, Cõcilijs, indulgẽtijs, alijsq; nõ neceſſarijs nugis, ferenda eſt leuitas & ſtulticia Papæ & ſuorũ, ſed in hoc articulo, qui omnium optimus, & rerum noſtrarum ſumma, eſt, dolendum ac flẽdum eſt, miſeros ſic inſanire. Tãtum abeſt enim, ut Papa & ſui di- ſcipuli myſteriũ hoc gratiã dei, uel uno ſota intelligãt aut aliquãdo agnoſcant, ut ante caſurum cœlũ, credam. Non ſtabit huius articuli ueritas, cū Eccleſia Papæ, non magis qđ cū Chriſto Belial, & cū luce tenebræ. Papæ enim Eccle- ſia, niſi opa bona doceret ac uenderet, aut ſola gratiã nos

K k iij iuſtificari

Ad gratiam
nos pare nõ
poſſumus.

Myſterium
gratiã multũ
ignorãt, etiã
Theologi.

papa in chriſto
reſt ut diabolus
nõ erit

ARTICVLORVM DAMNATORVM

Pro cruce uo-
luptas succel-
lit.

in iustificari sincere doceret, neque in hac pompam creuisset, neque ad horam, si quod casu creuisset, stetit. Crucis est enim haec Theologia, quae damnat, quicquid Papa probat, & martyres facit. Unde & Ecclesia, finito martyrum tempore, optima ac pene tota sui parte effloruit. Mox pro cruce successit uoluptas, pro penuria, opulentia, pro ignominia, gloria, donec ea quae nunc Ecclesia uocatur, ipso mundo, ut sic dicam, mundanior & ipsa carne carnalior facta sit. Et ego non habeo aliud contra Papae regnum robustius argumentum, quam quod sine cruce regnat. Prorsus nihil pati, omnibus autem abundare & excellere studet, & non est fraudatum desiderio suo. Habet, quod uoluit, factaque est meretrix ciuitas fidelis, uereque regnum ueri illius Antichristi.

Verbolus in hac parte fui necessitate rei, quae non modo per hanc Bullam (quod ne pili quidem facio) sed per omnes pene Scholasticos doctores oppressa & extincta est, plus trecentis annis. Nemo enim hic non contra gratia pro gratia scripsit, ita ut non sit res aequae necessaria tractatu, quam & sapientius optauit, omissis friuolis illis Papae nugis & negotiis quae nihil ad Ecclesiam pertinent nisi ut uastetur, tractare. Sed longitudine temporis & magnitudine usus, operatio Satanae, sic infedit, & errore isto sic habetauit animos hominum, ut nullos uideam qui idonei sint ut intelligant, ne dum ut nobiscum certent, plena est harum rerum diuina scriptura, sed sic uastata per nostrum Nabuchodonosor, ut nec literarum facies & notitia reliqua sit, opusque sit nobis quidam Esdra, qui nouas literas inueniat, & denuo nobis Bibliam reparet, quod spero nunc geri, efflorescentibus in toto orbe linguis hebraica & Graeca. Amen.

TRICESIMVS SEPTIMVS.

Purgatorium non potest probari ex sacra scriptura, quae sit in Canone.

Satis

Satis ridicule Sophistæ in hac re nugantur, adducentes illud psal. lxxvj. Trāsiuimus per ignem & aquā, & eduxisti nos in refrigerium; nō enim tantū habent cerebri & solertia aut cogitātia, ut uideāt si hoc de purgatorio dictum est, oēs martyres totamq; Ecclesiā in purgatorium iuisse, cum in psona martyrū & oīum afflictōrū hac dicant, pro quibus ipsimet sciunt iniuriam esse orare. Talibus enim autoritatibus stupida ista capita solēt sua pbare, solum ut nauseam & abominationē faciāt p̄ijs spiritibus. Tale & illud. j. Corint. iij. Saluus ipse erit, quasi per ignem, cum Apostolus ibi de igne iudicij loquat. Dicens diē domini in igne reuelādum, sicut & Tessaloniceñ. j. dicit: Christū de celo reuelādū cum angelis uirtutis suæ in flāma ignis, uindictam sumētis de ijs, qui nō crediderūt Euangelio. Si ergo his & similibus locis probat Purgatoriū, uere ex scriptura pbabit profus nullū esse purgatoriū. Vnū locum habent cap. ij. Machabeorū. xij. usitatū, quē librum dixi sicut adhuc dico, nō esse in hac re ullius autoritatis, cū nihil simile, neq; in nouo, neq; in ueteri testamēto legat.

Et quæ necessitas est, p purgatorio sic tumultuari, nisi q Papistica Ecclesia lucro suo timet, q d' inæstimabile trahit ex purgatorio? Suo quisq; periculo hic credat uel nō credat, non est hæreticus si purgatorium nō credit, nec ideo Christianus si credit. Græca enim Ecclesia nō credit manēs Catholica, nec ei nocet, q a Papistica Ecclesia, oīum Schismaticissima, criminat & insinulat Schismatis, solū ob hoc, quia nō sequit suos nugaces a se reptos articulos fidei. Ego tamen & credo purgatorium esse, & consulo, suadeoq; credendum, sed neminē uolo cogi. Sicut, si non credam Thomā Aquinatem esse sanctū, licet a Papa canonizatum, non sum hæreticus, quando & ij non sunt hæretici, qui Thomam negāt, licet a Papa approbatum & confirmatum in suis libris.

Tricesi

*in the middle of the page**Sancti Denabum**Græca Ecclesia non est hæretica.**Græca Ecclesia non est hæretica.*

ARTICVLORVM DAMNATORVM

TRICESIMVS OCTAVVS.

Animæ in purgatorio nō sunt securæ de sua salute, saltem omnes, nec probatum est ullis aut rationibus, aut scripturis, ipsas esse extra statum merendi aut augendæ charitatis.

TRICESIMVS NONVS.

Animæ in purgatorio peccant sine intermissione q̄ diu quærūt requiē & horrēt pœnas.

QVADRAGESIMVS.

Animæ ex purgatorio liberatæ suffragijs uiuentium minus beātur, q̄ si per se satisfecissent.

Nota ex ore
Dictū & factum Papæ p̄ regula obtrudūt fidei.

Hos tres articulos disputauī, p̄testatus me esse rerum istarum ignarum, nec adhuc probatū aliqd̄ inuentum, nisi q̄ illi, dictū & factū Ecclesiæ, id est, Papæ & suorū somniatorū, mihi p̄ regula fidei obtrudūt, qd̄ cōtemno, cum ergo nihil certi, possim hic docere, satis q̄ disputauerim alias, merito quiesco consulēs oībus, ut ea, quæ agūtur cum animabus diuino iudicio cūmendēt, sciant q̄ Papam cum sua Ecclesia m̄lo minus de his rebus nosse, q̄ ullus de minimis fidelium Christi, ideo suas Bullas in hac re uere esse Bullas, immo minus q̄ Bullas, cum nesciat miser, quid loquatur, aut de quibus affirmet.

*o commatibz no
ofamz*
Bullæ sunt Bullæ.

QVADRAGESIMVS PRIMVS ET VLTIMVS.

Prælati Ecclesiastici, & principes seculares non malefacerent si omnes saccos mēdicitatis delerēt.

omnes saccos mēdicitatis delere, dicitur per metaphoram, quia sacci sunt sicut tabulæ uel scripturæ aut picturæ quæ deleri possunt.
Saccos delere.

Quam Elegantialis, & Rhetorialis, & Artificialis, & Propriialis, uereq̄ Papalis cōclusio articulorum, plane digna, quam sanctissimus Vicarius dei proferat. Saccos mēdicitatis delere, dicitur per metaphoram, quia sacci sunt sicut tabulæ uel scripturæ aut picturæ quæ deleri possunt.

Quid

MAR. LVTHERI ASSERTIO.

Quid autem, si sacci deleterent mendicitatis, & medicitas
& medici manerent forte p saccis inueniret uasa, & plau
stra. Ego ne iora quidē de Prælatīs aut principibus memi
ni. Sed dixi me optare, nullos esse ordines medicantium,
ad quod plane nulla esset opus opera Prælatorū aut prin
cipum, sed sola cuiuslibet Christiani intelligētia. Quare
hāc ueritatē suggessit sanctūs, Vicario dei nō nisi paracle
tus ille Papæ Eccius, q̄ tā raro mētī, q̄ inuite loq̄tur.
Sed si dixissem tamē, Principes benefacere si saccos medi
citas deleterent, in quam scripturā: in quem articulū fidei
peccassem? Scilicet in uentrem Papæ & Ecclesiæ Papalis
& in regnum Satanae & Antichristi. Quis est enim homo
uel gentili nedum Christiano sensu præditus, cui medici
tas etiā laicorum, nedum sacerdotum, non displiceat?
Sed uale scelerata abominatio, tam stulte simul & impie
loqueris, ut indigna sis, ppter quam uerba fiant, atq̄ hoc
insigni articulo palā declaras, quo spiritū, totam excreue
ris hanc maledicā Bullam, dominus Iesus uisit te prope
diem, illustratione aduentus sui. Amen,

Nemo men
dicaret.

Eccius Papæ
paracletus.

Medicitas o
diofa, sed nō
paupertas
Christiana.

ANNO M. D. XXI. MENS
SE MARTIO.

Comitibus vestri non esse potest amara incedere ante proderit. **Mani**
quod non tangit hanc affectum potest non esse et contra sic etiam potest per hanc mundi desit.

Omnes sunt qui affectus non simpliciter **notae**
et sic potest contra istud est quia in dicitur
istud non potest fuisse quia esse plerumque non potest per se necesse est adhibere

Primum per se et duobus partibus non debet adhibere potest
Etiam quod apud prudentes agas et esse sic **nota**

Primum una ratio quod cum natura ista
et per se nota istud.

nunc per se loquitur nisi non dicitur habere
tamquam ex se fuisse in actu

principium non obliquum respectum **nota**
et sic potest fuisse quia esse plerumque non potest per se necesse est adhibere

Primum sine operibus motiva
notae subiecti istud

habere sanctificatio **nota**
sine bonitate in actu et non in actu quod non

Subiecti in actu et ad istum in actu
in se habentiam et non per se esse deservit

Veritas spiritus vult per spiritum bonum **nota**
scriptura spiritus unitas quod solo spiritu in actu dicitur

Primum fidelis ratio est de salute **nota**
et saltem quod propter deo reliquendum est humana ratio semper recta

vult esse de sua salute et eo multo fortius fuit
quod deo dicitur quia primum est ratio et per multum in actu

nota
sic dicitur hanc mater
papa dicitur semper reliquendum
sic et oratione istud in actu
tunc papa sic sic de hanc
tunc dicitur quia ratio
sic semper dicitur et
et sic potest fuisse quia esse
et non esse et sic potest
in





6117

Th
6117